
















IX
G. a. 58
Perkins's and Heath's Patent Hardened Steel Plate

A. J. & M. Atwood
1859



Thomas South.



LIBRI TRES NEVORVM PHILIPPI PHINELLÆ

ANTVERPIÆ
Ex Officina Plantiniana Apud Balthassarem Moretum




WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

ILL.mo ET ECC.mo DOMINO

D. FERDINANDO APHAN DE RIVERA ENRIQVEZ.

Domino Riueræ, Adilantato Maiori Andalutiæ, Duci Alcalanesium, Marchioni Tariffæ, Moralium Comiti, Magno Protonotario, atque Commendatori de Beldis Terræ, & ordinis Alcantaræ, Camerario Maiestatis Catholicæ, ac eius Consiliario Status, & Militiæ, pro Regi in hoc Regno Neapolitano, & in Sicilia Locumtenenti. F.

LApidem quemdam depictũ coloribus in Hijenæ oculis naturales omnes procreari aiunt, qui sub hominum lingua latus, efficit futura vaticinari. Nunc (mea sententia) Inuictis. Eccellentiæ Vestræ oculo, cũ alijs multiplicibus maioribusquè virtutibus

bene potero cōparare, quoniam ex quacumq; mouetur parte, ſcientias, ac doctrinas ex omnium oribus ſcatere cogit. Quod vt pateat, totus terrarum orbis apertum dilucidat, confitendo Excellentiam veſtram inter philoſophos Principem, ac inter Principem philoſophum eſſe; Vnde ſi ſemel homo in eius oculis, vti in ſpeculo ſe intueretur, aperte legis decus, regēdi Maieſtatem, ac veros militiæ ordines conſpiceret; Itaque ſi ſola eius aſpectio tot bonorum effectuum producens eſt, quid poſtea de eius armoniaca eloqutione? cum certus ſim, eius oculos alijs oculis occurrentes (ob virtutes quæ ſecum includuntur) legem, Maieſtatem, ac militares propagare honores; immo eodem tempore accendunt, inflammant atque interniſſimas cogitationes excitant, quas homo in eius mente vnquam abſcondere queit. Quare auidus ego,

ege-

egenuſquæ ſimul talibus aſpectibus ob detractorum defenſam huius mei Neuorum opuſculi, quod affectuoſo corde Eccellentiæ Veſtræ dico, atque conſacro, humiliter oro, talem ei largiri gratiam, vt à potenti, maieſtoſoque eorum reflexu, munitum, & cuſtoditum à malis iaculis illeſum exiſtat. Capiat ergo ob eius magnitudinem humilem hunc laborem, nec paruum munus aſpiciat, animum quippe magnum quo ei deuote offero, è Celo maiorem exaltationem præcans. Neapoli xij. Kalendæ Iulij. M. DC. XXXII.


Humillimus, ac deuotiſſimus Excellentiæ Tuæ ſeruus.

Philippus Phitella.

Admodum Reuerendi
D. Lucę Palumbi Piacētini, Canonici Minorensis.

EPIGRAMMA.

HEroū Splendor, nostri laus vnica mūdi,
Immortale decus, Regis & vnus amor
En tibi, non volucrū linguas, non omina pēnæ
Vaniloq; At Nęuus quid sibi quisq; velit;
Diuinum diuina decent: Diuinus an te
Quis sapit in terris? quis melius videt?
Suscipe: nam tanto sub Principe, & omine tāto,
Liber ab inuidia transiet astra liber.


PHILIPPVS PHINELLA ÆTATIS SVÆ ANNORVM · XXXXVIII · M·DCXXXII·

STVDIOSO LECTORI



Hisonomica, & Metroscopica experimenta multi progressu temporis, continuis à nobis lucubrationibus, & obseruationibus facta, ad Neuorum quoque in facie humana, ac reliqua persona apparentium, naturam pertractandam animum fecere: Quorum onus planè dignum (licet difficile laboriosumuè) eò magis sumus libenter aggressi, quo speramus ab illo laudabile aliquod atque honestum profectum fore haurienaum. Et vt tàm grande opus ea qua decet laude, ad suum optatum reducatur finem, tribus modis exactam, nedùm in paucis verùm, & in infinitis propemodum personis, triginta annorum spatio fecimus obseruationem; Phisonomia, scilicet Metroscopia, ac earum comprobatione geniturarum: idque vt illorum originem haberemus, & rationem calleremus, quibus possessis, decreuimus superioribus annis de eis facere collectionem (nàm diuersimodè erant dispersi) & cẽtenium in hac nostra parte prima, per ordinem breuitate possibili collocatum, mundo modo exponimus; vt (quemadmodum diximus) fructũ aliquem quis percipere queat. Qui ordo, à fronte, vti faciei, & totius reliqui corporis parte principali, & à prima linea planetaria, quæ lu



næ tri-

næ tribuitur incohoat tribus situationibus, in dextra parte altera altera in sinistra, tertia verò in medio. Deinde in secunda, quæ Mercurij est sequitur linea; In tertiæ postea Veneris; In quarta Solis, In quinta Martis; In sexta Iouis, ac demum in septima Saturni, tribus ipsis præcedentibus situationibus in earum qualibet Et deinceps in alijs faciei, & personæ locis, vt in sequentibus figuris clarè prospicitur, quas vt laborem vitaremus, ac maiorem curiosis lectoribus facilitatem concederemus, excudi curauimus; In quibus spectantes se mulier siuè puer, eorum etiam prorsus efficientur capaces significatuum. Animaduertendum tamen est, illos prosequi linearum neuos, qui inter vtramq; lineam sunt, incipiendo à superiori parte, quæ Saturno defertur, & ad lunarem vsq; gradatim descendendo, quod est cõtra de lineis seruatum. Nam qui neui intra lineas sunt ascendendo, vt diximus, & qui inter alterutram descendendo significandi sunt, & hoc haud dissonum à ratione. Et quoniam secundum Metroscoporum cõmunem, sunt septem in fronte Planetæ situati, non est ob id necesse, cui frõs addicatur, probare. Finitis tamẽ neuis frõtis, sequuntur illi dextri oculi, qui soli adscitur, & propterea secundum experientiam, & prædominantis planetæ naturam, significabuntur. Postea veniunt neui oculi sinistri lunæ præscripti, metipso obseruationis modo. Postmodũ pergunt aures cum suis neuis, quarum cũ Saturno sit dextra annotata, Martique

tique

tiq; sinistra, dicetur quod à nobis fuit eo tempore obseruatū. Mox succedit nasus suos habens neuos in principio, medio, & fine, quorum dextræ & sinistræ significatus, erunt quoq; sui prædominantis, quamuis Veneri solùm associetur Superciliorum quoq; neui subsequuntur, dextrum soli & lunæ sinistrum tribuendo. Gena dextra cum suis neuis datur Ioui, sinistra Veneri, quos in tres tantùm partes diuisimus in hac prima parte, in secunda verò reliquum omnium significatuum ad summum narrabimus. Procedunt etiā maxillæ ex quibus dextra Ioui Veneri sinistra inferuntur. Aduenit & os, cuius situatio Mercurij est, tùm pars dextra, tùm sinistra, tumuè medium. Neui apparentes in dextra mēti sunt Solis, in sinistra Martis, in medio autem simul vtriusq; Vltimi sunt collo præsidentes, quod Veneris absoluta situatio est, eiq; dextra, sinistras & medium deferūtur. Cæteri vero neui per personā oriētes, illi planetæ æquiparantur in cuiu- loco situati sunt. Exempli gratia. Neui pectoris, & bracchiorum Mercurio dantur respectu Gemellorum. Neui stomachi, lunæ respectu Cācri. Neui Costarum, Soli, respectu Leonis. Neui circa ventrem Mercurio, respectu Virginis Neui circa lūbos, Veneri, respectu Libræ. Neui circa verenda seù genitalia Marti, respectu Scorpionis. Neui Coxarū Ioui, respectu Sagittarij, Neui circa Genua Saturno, respectu Capricorni. Neui circa crura ipsi Saturno, respectu Aquarij. Neui deniq; pedum Ioui, respectu signi

 2 *Piscis*

*Piscis. Est enim euidens, ac obseruatione certissi
mum, tales neuos sic patentes, à stellis fixis, quæ
in Zodiaco sunt siue bonæ, siue male, deriuare:
ad cuius vt perueniremus cognitionem, plus so
lito inuigilauimus. Verumtamen cũ in aliquo
plures simul neui eliciẽtur, id ex plurium ima
ginum in illius genituram prosilire concursu
non lateat; cuius rei scientiam ex Zodiaci gra-
duum tercentumsexaginta in ascendente, non
paruo nostro sudore, ac vigilijs æditi compositio
ne traximus; Qui labor nimirũ honorificus ve-
rũ lumen atque plenã illorũ nobis significatũ
detulit, rationẽ. (At nunc ad maiorũ rerum in
telligentiam veniẽdi studio, actu sumus decimæ
struendæ gratia, quæ medium cælum est, nec mi
nus vtilis, & curiosa, quàm ipse horoscopus, ex
quo munera, dignitates, & exaltationes affe-
rat.) Etenim sicuti luna suo nobis obtendit opa
co iubare quæ fixæ quæue errantes stellæ sint,
ita nostri gradus Zodiaci in qua sint parte ne-
ui collocati, certos nos efficiunt: & istius modi
obtenta situationis certitudine, fuit nobis facil-
limum, & eorum describere qualitatem, & è,
quos inuehunt significatibus sui naturã digno
scere prędominantis. Vnde termino, quo huic ra
tione congruit professioni, quatuor tantum prin
cipalium non mediocri fecimus breuitate conge
riem, videlicet situationis, significatus, naturę,
& stellæ eius: Per quæ ad plenum capessitur to
tius desiderata veritas. Hosq; neuos alij lunares
vocant, quòd à stellarum imaginibus scaturiãt,*

quibus

quibus vti multum nempè refert, cùm, quod cal culis pertingere nequimus, ipsi elucidẽt. Et quã quam suis interdum indicationibus terrorem aliquem inferre videantur. Respondetur stellas tantummodo indicare, non cogere poße. Porrò si alius diceret ipsas nobis vaticinari bonum siuè malum; Replicatur intantùm poße illas suas in hominem dirigere vires, in quantum homo suo libero velle eis assentit operatione, & quod magis in hoc stellæ possunt, est naturam suamq; qualitatem homini communicare, sed qui motus liber est minimè cogere, nec vim à cęlestibus recepit corporibus, ni prius ex se flectatur, cadatq; in illud. Exemplum, stella cum calida sit & sicca natura (quod nostro figmento est valdè contrarium) libenter indicat illum bili iræque subditum, nec facile à ratione dirigi, & cùm calidũ ita sit in suo corpore immissum, reddit siccum, adustum, colore squallido, naso breui, auribus paruis, vultu informi, turbatis oculis, ore grandi, barba tenui, cruribus neruosis, ac voce magna, & sic malè compositus, & indecens fando alteratur, alteratus verò similis est brutis, q̃ discursum abnuat, & rationem. Cur ergo stellę culpant, cùm ipse insanitus mactet, furetur, nec Dei contemptum, neuè naturæ legem mẽte peruoluat, & propterea suspensus intereat? Id profectò non stellæ, sed scelera eius causarunt. Pręterea si stellæ (vt nonnulli adstruunt) hanc haberent vim, quo tempore sunt in Cœlo essent inter se extincta, Nam diù non valet homicida

durare

aurare natura: At quia nulla est eis vis, præsertim in hominem, dicamus hominē sua propria delinquere voluntate, non vi necessitate stellarum. Exinde nostrum exemplum non erit superuacaneum, immo verius cùm hæc signorum genera perspiciantur, plus solito inuigilandū erit homini, illis præcipuè rebus, ad quas pronior eius natura erit, vt liberè edicere queat, ingenio suo à malignis se stellarum influxibus reddidisse cautum; nec quòd bonum indicent, non propterea debent se nō commendare Deo primæ causæ totius, mox suis bonis operibus; quoniam homines, vt plurimum perspeximus à suis dignitatibus amotos, & id ascribere stellis, quod stultū sanè est, dum propria scelera illud promeruere. Vndè operæ est, nè ad hoc perueniatur malum. vt diuinorum, humanorumuè sectator quisq; sit præceptorum: & ita libere sua fruetur exaltatione, & effugiet depressionem. Itaq; concludendo dicamus, non aliūdè quā à stellis fixis neuos emanare, quæ in legalibus, vel cum aliquo ex planetis esse solent, declarātes significatus, quos ipsæ deferunt, à nobis non autumari certos; sed simplices quas indicant, insinuandi causa inclinationes; Posteaquā de futuris cōtingentibus nō est determinata veritas, nec diffinire, aut iudicare ipsarum stellarum neq; hominis est, sed Dei solius, nobis interdum aliquod permictētis euenire malum, & ab illo scientis cum nostro maiori prouentu haurire bonum. Ad nostrū igitur reuertamur cōceptū sermonem, & dicamus anē

maduer-

maduerti principaliter significare neuos in suis proprÿs situationibus, illos summatim Iouis in gena, & maxilla dextra, ac Mercuriales circa os, quia hæ nostræ experientiæ in tantùm aliquid offerunt oblectationis, temporis traducendi gratia in significando, in quantùm loci situatio habeatur eò magis, cùm in hac nostra parte prima illos solummodo neuos posuerimus simplicius in vultu apparẽtes & vt tyronibus, & curiosis id vti volentibus facilitaremus viã & auferre quam possent confusionem gignere in vna tantùm facie biscentum videndo situationes. Quamobrem amicorum consilio in duas diuisimus partes securos nos reddentes, facilius fore, illum secundam intelligere, benè huic primæ operam nauaturum, & particulatim diuisionem situationum membrorum faciei; Qui labor quæuè obseruatio talis est, vt illorum quos vult homo significare neuorum statim valeat habere notitiam. Insuper non ignoretur maiorem vim habere neuorum significatus, qui sunt ex parte dextra, eorum die nascentium, minorẽ vero qui sunt ex parte sinistra; contrarium autem intelligitur noctu nascentium, hoc est, neui sinistri maiorem, minorem dextri vim tenere, & regula hæc infallibilis est, ac inuiolabile monimentum; Præterea, scire qui die sit natus quiuè noctè, ab aurium altitudine (de quo satis in nostra Naturali Phisonomia diximus) & à manuũ itẽ phisonomia clarè colligi quis queit, ac propterea non est quid in hac reiterandum.

Non

Non lateat quoq; partem dexteram in homine totam esse rectam, & à Sole prædominatam, à Luna verò sinistram, cui bona præsit considera tio: Et nota natiuitatum scientia, quæ die quæuè noctù fiet, animaduertimus non illicò dispalescere significatus, præcipuè malos. Verumtamen prudenter intrare sermonē, & sicuti persona erit siuè nobilis siuè plebea, ita illi suadere, vel dissuadere, desistere, vel prosequi actiones, quæ fugiendæ, vel amplectendæ erunt, iuxta indicationē neuorum quos ipse tenebit. Verbi gratia. Si neuus indicabit, illum hominem, qui talē habebit neuum, esse homicidium commissurum, & ob id forè suspendendum, non confestim propalabis ei, suspenderis, aut capite truncaberis, quod cùm sit contra Sacros Canones, illum desperationi fermè committes; At potius enunciabis lenis verbis nō omnibus arma conuenire, & proindè optimè sanè foret illa deponere nè deferens, sint alicuius causa homicidij, cuius pœna (secundum legem) erit patibulum; & sic similibus, alijsq; quas hominis prudentia subministrabit, rationibus, insinuare, quod Neuus indicat, & non concutere personam desperatione, immo potius ad bonum disponere, & ab illo deuiare discrimine, & quod de homicidæ, hoc & de aliorū dicimus significatibus, quiquippè (te hunc significandi modum seruante) assertiui non erunt nec certi, & vnicuiq; satisfacies, Sed super omnia Deus, cuius S.R.E. nos prorsus subijcimur.

De Neuis in frontis lineis apparentibus.
Cap. I.



FIGVRA. I.

HOmini siuè mulieri, in prima Frontis linea Lunæ situatione ex parte dextra neuum habentibus, vt in superiori prima figura videtur, fœlicitatem in coniugijs, bonamque fortunam significat: neuus iste est Iouis Martisque natura, Cani maiori primæ magnitudinis stellæ ascribitur.



FIGVRA. II.

CVm homo, vel mulier in ipſamet frontis linea Lunæque ſituatione ex parte ſiniſtra neuum hauſerint, veluti in ipſa inſpicitur figura, infauſta connubia contrahent, adulteria committent, & à Martialibus, & Saturninis damna patientur: hinc neuus eſt Mercurij, & Martis natura Cani minori ſtellæ primæ magnitudinis adſcitur.

Homo



FIGVRA. III.

HOmo, aut mulier in frontis medio, & in medio Lunæ lineæ neuum gestantes sicut ex tertia conijcitur figura in longis itineribus, mercibusque peragendis fortuna secunda fruentur, neuus verò est Martis natura, capiti antecedenti gemini, stellæ secundæ magnitudinis datur.



FIGVRA IV.

VIr siuè mulier, cum in dextra frontis parte, in secunda quæ Mercurij est linea neuo polluet rint, vt in quarta annotatur figura, in omni erunt mercium genere, ac in longis extra patriam itineribus fœlices; neuus hic est Mercurij Iouisque natura; Capræ tribuitur, stellæ primæ magnitudinis.

Cùm



FIGVRA V.

CVm homo, vel fœmina in ipsa Mercurij linea ex parte sinistra frontis neuum tenuerint, velut in quinta ostentatur figura, tàm in longis fient itineribus, quam negotijs omnibus, & mercaturis infausti: iste neuus est Martis, Mercurijque natura, sinistrum Orionis humerum stellæ secundæ magnitudinis amplectitur.





FIGVRA. VI.

VIr, & mulier quando in medio Frontis in ipſa Mercurij linea neuum portabunt, vti ſexta figura exprimit, magni eos eſſe ingenij ſpondet magnauè fortunæ bona, negotiorum induſtriæque, cauſa acquirent: neuus hic, Martis, & Mercurij natura eſt, oculo Tauri ſtellę primæ magnitudinis aſtruitur.

De Veneris situatione.



FIGVRA VII.

HOmo, vel mulier cum ex dextra parte frõtis in tertia linea, quæ Veneris situatio est, neuum capesserint, quemadmodũ ipsa septima delegat figura, amicitiæ matrimoniorumq; causa faustorum fortunati fient: mulierem præterea nobilem viro in cõiugem, virumq; nobilẽ mulieri indicat, iste neuus Saturni est Venerisq; natura, stellæ Cassiopeę pectoris stellæ tertiæ magn. infertur.



FIGVRA. VIII.

HOmo, aut mulier neuum in sinistra parte frontis in ipsa Veneris linea petientes, vt ipsa 8. pandet figura, cunctis in negotijs, & actionibus infortunatos, ac inimicitias, & carceres multis cum discriminum generibus eos passuros protendit, Martis Lunæque natura est hisce neuus, pleiadibus quintæ magnitudinis stellæ accomodatur.

Homo



FIGVRA IX.

HOmo, vel Fœmina, cùm in ipsius medio tertiæ lineæ Veneris neuum possederint, vt ex nona dispicitur figura, longam vtrique vitam pollicetur, spondetque ex mortuis hæreditatem. is neuus est natura Saturni, & Veneris; Præsepæ stellæ secundæ magnitudinis apponitur.

Cum

De Solis situatione.



FIGVRA. X.


CVm homo, seù fœmina in dextra parte frontis in quarta linea, quæ Solis est situatio neuum obtinuerint, veluti ipsa decima lucificat figura, Principibus Dominisq; allubescent, ac munera dignitates, magnosue fortunæ prouentus eis promittit. hic neuus est Iouis, & Martis natura est, Cordi Leonis stellæ primæ magnitudinis subditur.





FIGVRA. XI.

VIr, seù mulier neuum in sinistra parte frōtis in ipsa quarta Solis linea subeuntes, vti 11. declamat figura, ab eorū (si quæ erunt) dignitatibus, & officijs pellentur, homini præsertim carcere ærūnasq; prægrandes à Principibus, & Dominis minitat, mulieri verò bonorum honorisuę iacturam non paucis tribulationibus: neuus hic est Martis, & Lunæ natura, Præsepi stellæ nubilosæ tertiæ magn. addicitur.





FIGVRA XIII.

HOmo, ſiuè mulier in medio Frontis linea Solis neuo exculti, vt ipſ[illegible] inſculpat figura; fœlices declarantur, homo ſignanter in conducendis Terris, vaſſall[illegible]s dominando, prædiaq; cultiuando, mulier aũt bonam in cunctis, ac principalẽ fortunã habendo: iſte neuus Saturni, & Veneris natura eſt lucidæ hydræ ſecundæ magnitudinis ſtellæ innitur.

Homo


De Martis situatione.



FIGVRA. XIII.

HOmo, vel fœmina in dextra frontis parte in linea quinta situatione Martis neuũ carpentes, velut 13. definit figura, fęlici in cõtrahẽdis matrimonijs sorte fruẽtur; homo in militia magnopere fortunabitur, & fœmina fortunæ bonorum, ac ex mortuis legatorũ non mediocrẽ faciet sui causa ingenij adeptionem. Neuus iste est Iouis, & Veneris natura, lucidæ fluminis stellæ 1. magnitudinis censetur.





FIGVRA. XIV.

HOmo, vel Fœmina cùm in parte ſiniſtra frontis in linea ſituationis Martis à neuo fuerint occupati, vti 14. deuelat figura, miſerias præfigurat, homo proditorium homicidiũ patrando, & mulier ſua erit mala conditione cauſa illius. neuus natura eſt Saturnina ſtellæ, ſtellæ ſuppotatur, quæ ceti venter dicitur, ſtellæ tertiæ magnitudinis.

Homo



FIGVRA XV.

HOmo, aut mulier cùm in medio lineę situationis Martis in frõte neuum traxerint, ficut 15 detegit figura, cunctis in rebus, prosperam sortientur fortunam, homo circa munera, officia, ac dignitates, mulier verò fœlicibus in matrimonijs, multis cũ fortunæ bonis. hic neuus est natura Iouis, & Martis, Vmbellico equi alati stellæ secundæ magn. connumeratur.

Quan-

De Iouis situatione.



FIGVRA XVI.

QVando in hominis, vel mulieris frontis dextera parte, in linea Iouis situatione neuus exiet, quemadmodum 16. clarescit figura, principalem ex hæreditate fortunam, & Ecclesiæ substantiam prædiscit neuus est Martis Iouisque natura, Scorpionis cordi stellæ secundæ magnitudinis enumeratur.

Cum





FIGVRA XVII.

CVm homo vel mulier neuum in fronte in ipsius medio lineę situationis Iouis fuerint experti, velut 17. euergit figura, impios ac fraudolentes eos fore interminatur; hominem homicidium aliquod, mulierem omne scelerum genus perpetraturos. hic neuus est Martis, & Mercurij natura, Scorpionis caudæ stellæ tertiæ megn. traditur.






FIGVRA XVIII.

HOmini siuè mulieri neuum in fronte vehen-
tibus in ipsius lineæ Iouis medio, vt ipsa 17.
enucleat figura, bonam, & amplam fortunam cum
diuitiarum copia multa celebrat; hic neuus est na-
tura Martis, & Mercurij, Herculi stellæ tertiæ ma-
gnitudinis assimatur.

De Saturni ſituatione.



FIGVRA XIX.

HOmo, vel mulier protrahentes neuum in dextra parte frontis in linea Saturni ſituatione, ſicut figura 19. ediſſerit, maxima opum affluentia potientur, ac ex mortuis hæreditatem capient, diuitiaſque amplius inexpectatas. neuus hic Veneris, & Mercurij natura eſt, liræ ſtellæ primæ magnitudinis adſciſcitur.




FIGVRA XX.

QVando homo, vel mulier, in ſiniſtra parte frontis in metipſa Saturni linea neuo opprimentur veluti 20. aperit figura, in fortunia, excidia, carceres quoque perpetuos, multa vè acerbitatum genera edicit eis, homini præcipuè exilia, mulieri verò curas, & ægeſtates, iſte neuus eſt natura Saturni, Iouis, & Mercurij, Caprrcorni caudæ tertiæ magn. ſtellæ aſtipulatur.

Ho-





FIGVRA XXI.

HOmini, velmulieri in quorum fronte in media linea Saturni neuus orietur, sicuti in 21. percipitur figura, bona fortunæ ex terrarum cultiuatione, ac facultates eorum causa ingenij denotat. neuus Martis, Iouisque natura est, Aquilæ volanti stellæ secundæ megn. adiudicatur.



ANNOTATIO.

OB illius maiorem intelligentiam, quod de prænotatis hucusque Neuis prolatum est, non ignoretur eorum significationes, & cum stellis fixis corrispondentiam in tantum sortiri, in quantum circa modum quo in tribus illis linearum septem Planetarum locis principalibus situati sunt, considerabuntur (hoc est) in dextra in medio, & in sinistra parte frontis, & propriè intus ipsas lineas, velut in præcedentibus clarè monstratur figuris; & quod de his, hoc & de sequentibus inquimus.



De neuis in dextera parte frontibus extra septem lineas principales manantibus. Cap. II.



FIGVRA XXII.

HOmo, seù mulier cum neuum in parte dextra frontis inter situationem, Iouis & Saturni detinuerint, vti 22. explanat figura, ad luxuriam summopere pro cliues destinantur, illique actui valdè deditì, cuius neui natura Veneris est, & Martis, caudæ Cigni stellæ secundæ magnitudinis aptatur.



FIGVRA XXIII.

HOmo, vel mulier quando in parte dextra frontis neuum retinebunt inter Martis, Iouisq; lineam, itaut vllam earum tangat, quemadmodũ 23. explicat figura, hona abdita, res vè non pensata, ac in annorum maturitate hæreditatem assequuturi perhibentur. hic neuus Veneris, Mercurij, & Martis natura est, auultori cadenti stellæ magn. sistitur.





FIGVRA XXIV.

VIrum, ac mulierem neuo in dextra parte frontis, inter lineam Solis, & Martis nullam earum tangente, vt in figura patet 24. ornatos, à Principibus, & Magnatis valdè amari facit, diuitijs quoq; ſecundauè fortuna ex mercaturis in itineribus longis affluere. iſte neuus eſt natura Veneris, & Mercurij, Coronæ lucidæ ſecundæ magn. ſtellæ preſentatur.

Homini




FIGVRA XXV.

HOmini, siue mulieri cùm in ipsorum dextra parte frontis inter Veneris, & Solis lineas neuus apparebit eas non percutiens, sicut in 25. constat figura, bonam, ac principalem in negotijs subministrabit fortunam, atque cunctis in eorum actionibus fœlicitatem cum substantijs, honoribus, & hæreditatibus. Hic neuus est natura Iouis, & Martis, cordi Leonis stellæ primæ magn. destinatur.

Cum





FIGVRA XXVI.

CVm neuus in fronte hominis, siuè mulieris ex parte dextra, inter Mercurij, & Veneris lineas fuerit exortus, velut in 26. excipitur figura, fœlices in connubijs fortunatosque prædicit, liberos quippè elegantes fausta fortuna præditos concedit. hic neus est Veneris, Mercurij, & Iouis natura, Spicæ virginis stellæ primæ magnitudinis collocatur.

Cum





FIGVRA XXVII.

CVm homini, vel mulieri in eorũ fronte ex parte dextra inter Mercurij, & Lunæ lineas neuus micauerit, vti in 27, ſplendeſcit figura, longam incolumemq; vitam, ac proſperam fortunam, ingenium quoque & induſtrias cum diuitiārum incremento de putat. hic neuus eſt natura Veneris, & Mercurij, fundo vaſis ſtellæ quartæ magn. aſſociatur.

Homo



FIGVRA XXVIII.

HOmo, aut mulier cum neuo fuerint in dextra parte frontis, inter ſupercilium, & Lunæ lineã inſigniti, ſicuti 28. enodat figura, bonos ac iuſtos aſſequentur quæſtus, & cum extraneis magis quã cũ patricijs fortunabuntur, lucraq; maiora extra patriã quam in patria facient. hic neuus eſt natura Iouis, & Martis, cani maiori ſtellæ primæ magn. copulatur.

Homo

De Neuis in sinistra parte frontis nascentibus. Cap. III.



FIGVRA XXIX.

HOmo, vel mulier quorum in fronte, & parte sinistra inter lineam, & situationem Iouis, & Saturni erit patens neuus, veluti 29. instruit figura, in omnibus quibus se admiscent negotijs, & præcipuè litibus infausti incutientur, ac in mercaturis infœlicissimi. hic neuus est natura Veneris, & Martis, caudæ Cigni stellæ secundæ magn. comparatur.

Homo



FIGVRA XXX.


HOmo, vel mulier cúm fuerint neuo depreſſi ex parte ſiniſtra frontis inter lineas Martis, & Iouis, quemadmodum 30. elucidat figura, ad lites magnaſq; perſecutiones ſe pronos eſſe ſciant, ac contentionibus, & odijs nonnunquã vallatos, & præſertim inter ſe ipſos coniuges; nec leuem corporis experiẽtur læſionem, mulier ſignanter ægritudines, adulteria, & enormia, hic neuus eſt natura Saturni, & Martis, ſerpentarij capiti ſtellæ tertiæ magn. inſcribitur.

Quando



FIGVFA XXXI.

QVando in hominis, vel mulieris ſiniſtra parte frõtis inter Solis Martiſque ſituationem nenus enaſcitur, vt 31.eliminat figura,ad inimicitias, calamitates, & lites paratos eos deputat, homini aliquod tribuit morbum teſticolo, mulieri duos exhibet viros,ac adulteram efficit,iſte neuus Saturni, & Veneris natura eſt, ſiniſtre Serpentarij palmæ ſtellæ quartæ magn committitur.





FIGVFA XXXII.

CVm homo, vel mulier fuerint in frontis parte finistra inter Solis, & Veneris lineas neuo onerati, ficut 32. exponit figura, infaufti, ac breui vitæ erunt, dominofq; fibi infenfos excitant. hic neuus eft natura Martis, Vrfæ maioris ftellæ fecundæ magnitudinis profcribitur dorfo.






FIGVFA XXXIII.

HOmini siue fœminæ, quando inter Mercurij, Venerisq; lineas ex parte sinistra frontis neuus erit, velut 33. elicit figura, calamitosi luxuriæ causa fient, carceribus, ac tribulationibus homo non carebit, nec mulier infirmitate, & inopia neuus est natura Saturni, & Martis, dextræ Corbi stellæ tertię magnitudinis donatur.


Homi-



FIGVRA XXXIV.

HOmini, vel mulieri in ſiniſtra frõtis inter Mercurij, & Lunæ lineas neuum ſubportanti, vti in 34. circumſpicitur figura, ærũnas carcereſq; delineat, præterea ad falſitates hominem diuerſimodè patrandas, mulierem itidem ad ſimultates, & adulteria flectit. neuus eſt natura Martis, extremitati caudæ vrſæ ſtellæ ſecundæ magn. præſcribitur.






FIGVRA XXXV.

HOmo, siue mulier, in sinistra frontis inter supercilium, & Lunæ lineam neuo offensi, veluti 35. ostendit figura, petulantiæ, ac libidini subduntur, & paupertati in senectute, atque miseriæ: neuus est natura Martis, capiti sequenti, Gemini stellæ secundæ magn. æquiparatur.

De Neuis in medio frontis manantibus, in ſecunda noſtra, quam lucubrabimus parte, agemus.

De Neuis, circa dextrum oculum Soli attributum ſcaturientibus. Cap. IV.



FIGVRA XXXVI.

HOmo, vel mulier, cũ in ipſius oculi parte dextra Neuo fuerit decoratus, ſiue 36. communicat figura, fœlicia vtriſque præſtat coniugia, hominem inſuper in mercibus, cunctiſque negotijs fauſtum facit. neuus eſt natura Iouis, & Martis cordi Leonis ſtellæ primæ magn. adæquatur.

Homo





FIGVRA XXXVII.

HOmo, vel fœmina quando in medio ex inferiori parte oculi dextri neuo venuſtabitur quemadmodum in ipſa 37. excuditur figura, bona fauſtaque eis obtendit connubia, at non ſemper ipſa fortuna durabit. Neuus Saturni eſt, & Veneris natura, lucidæ hydræ exequitur ſtellæ ſecundæ magnitudinis.






FIGVRA XXXVIII.

HOmini siuè mulieri, in oculo dextro ex inferiori parte erga nasũ neuo præditi, vt 38. effert figura, sortem prosperã, bonaue lucra industriæ causa designat: neuus hic in hac ipsa parte, geminas viro vxores, geminosq; mulieri indulget maritos. præterea in mercibus homini, mulieriq; bonorũ ex matrimonijs cumulum censet. neuus ipsius est superioris planetæ, & stellæ natura.

Homo

De Neuis in sinistro oculo Lunæ illalo, exeuntis. Cap. V.




FIGVRA XXXIX.

HOmo, aut mulier, in sinistro oculo erga tempora neuo affecti, sicut 39. promit figura, furtis, indecentijs, & enormibus concitantur; hominem homicidijs ac turpi, violentique neci, mulierem adulterijs breuiq; vitæ deditos, neuus est natura Martis capiti sequenti Gemini stellæ secundæ magnitudinis demandatur.

Homo






FIGVRA XXXX.

HOmo, vel mulier quãdo in ipsius oculi ſiniſtri medio ex inferiori parte ferietur neuo, velut 40. offert figura, quamplurimis ſubijcietur diſcriminibus, iaculiſque petetur; mulier præcipuè exitia, variaſque calamitates deguſtabit. Neuus Mercurij, Martiſque natura eſt, cani minori ſteliæ primæ magn. libratur.

Homo






FIGVRA XXXXI.

HOmo, siue mulier, ex inferiori parte sinistri oculi erga nasum neuo afflicti; vti 41. propalat figura veneficijs subitoque leto constituuntur. Neuus est natura Saturni, & Mercurij, Canopo remi australis argonauis stellæ primę magnitudinis dedicatur.

Homi-

De Neuis ex parte superiori oculi dextri Soli attributi ortum habentibus. Cap. VI.




FIGVRA XXXXII.

HOmini, aut mulieri in qualibet superiori parte oculi dextri, neuo honestatis, veluti ex 42. colligitur figura, locuples eorum in cunctis excitatur fortuna negotijs. ij neui Iouis, Martisque natura sunt, cordi Leonis stellæ primæ magnitudinis præficiuntur.

De

De Neuis in superiori sinistri oculi partæ Lunæ addicti emanantibus. Cap. VII.



FIGVRA XXXXIII.

QVando homo, vel mulier in qualibet superiori sinistri oculi parte neuo angentur, sicuti 43. proponit figura, cruentas decernuntur habere cruras, ac modicæ in cunctis eorum esse fortunæ negotijs, multis cum infortunijs. tres isti neui sunt natura Martis, nec quidquam boni faciunt. Et Herculi stellæ 3. magnit. tribuitur.

Homo

De Neuis, in aure dextra à Saturno prædominata, orientibus. Cap. VIII.



FIGVRA XXXXIV.

HOmo, siuè mulier in medio dextrę auris neuo anxius, queadmodũ ipsa 44. reuelat figura, proditoriũ iudicatur perficere homicidiũ, ac eorũ nutu id ipsum ab alijs committendum: pręterea prauis homo pessimisq; indicitur qualitatibus mulier verò dedecore, & infamia. neuus est Veneris Martisq; natura, caudę Cygni secundę magn, coniungitur.

Quando





FIGVRA XXXXV.

QVando in Superiori dextræ auris parte hominis, vel mulieris neuus erumpet, vt in 45. innotescit figura, in suis eos facit negotijs expertos, verumtamen infortunia minatur, istius natura, & stella neui similes sunt superioribus.

Homo





FIGVRA XXXXVI.

HOmo, vel mulier in inferiori parte dextræ auris neuo perturbati, velut 46. diſtinguit figura, ad anguſtias, diſcrimina, ſolicitudines, libidinem quoque ignisuè caſus præſertim in dextra parte corporis pronos illos edocet. neuus ipſius eſt planetæ natura, & ſtellæ ſuperioris, caudæ inquam Cygni.


De

De Neuis in aure sinistra à Marte prædominata, prodeuntibus. Cap. IX.




FIGVRA XXXXVII.

CVm homo, aut mulier in medio sinistræ auris fuerint neuo obsignati, sicut 47. exibet figura mortem infamem, ac pessimam suorum causa scelerum eis despondet, homo in specie homicidia consultè commictet, mulier autem illorum causa erit. neruus est natura Saturni, Ventri ceti stellæ tertiæ magn. consociatur.



FIGVRA XXXXVIII.

HOmo, vel mulier, quando in ſiniſtræ auris ſuperiori parte neuo fœdabuntur vti 48. enucleat figura, læ hum objbunt crudele, huius neui natura, & ſtella eiuſdem eſt. vt ſupra.



FIGVRA XXXXIX.

HOmo,vel mulier cũ in inferiori parte ſiniſtræ auris neuo laborauerit,veluti 49.emittit figura, ſceleſtos, nefarios,atq;fures efficit, hominẽ inſuper homicidia facturũ,ac ſuorum cauſa delictorum moriturum,mulierem vexationes,ac crudelem ſimiliter necem paſſuram;caueant propterea ab igne, & à bellici tormenti ictibus.tres ij neui ventri ceti cõgeruntur ſtellæ peſſimæ,ac pernicioſæ.

De neuis in recta nasi superficie Veneri assignati, agredientibus. Cap. X.



FIGVRA L.

QVando in principio nasi hominis, vel mulieris, hoc est, de subcilijs, neuus emicat sicuti in L. deprehenditur figura, parentem eorum infœliciter emoti minitatur, status quoq; diuersitatem varijs mutationibus flagitat mulierem præterea luxuriæ datam, ac miseram viuere vitam, præcaueat propterea ab homicidijs: neuus est natura Martis, pleiadibus 5. magnit. stellis conformatur.



FIGVRA LI.

CVm neuus medium nasi hominis concusserit, vel mulieris, quemadmodum 51. offundit figura, adulteria eminatur eis. ipse autem neuus eadem est natura, & stellis quibus supra.





FIGVRA LII.

CVm circa finem nasi hominis, vel mulieris neuus insurrexerit, vt in 52. conspicatur figura, libidini ad dictos ac homicidijs preordinat, hominem causa mulierũ, mulierem hominũ, illosq; detestabiles & in actu luxuriæ inhonestos renunciat. hic neuus, est natura Saturni, & Veneris, & nedũm, pleiades. sesequitur, verũ & Persei dexteris lateris particeps est.

De Neuis ex parte nasi dextra præseferentibus. Cap. XI.



FIGVRA LIII.


HOmo, vel mulier cùm in dextra nasi à superiori parte neuo induti fuerint, sicut 53. eructat figura, lucra ex hæreditate nancifcentur, per cõiugem maritus, & per virum coniux, neuus Iouis, & Martis natura est; Arturo stellæ primæ magnitudinis est consors.



FIGVRA LIV.

HOmo, vel mulier quando in medio dextræ partis nasi neuo præmentur velut in 54. scrutatur figura, iurgia ac miserias profert eis. neuus est naturæ Saturni, & Mercurij sinistro Bootis humero stellæ tertiæ magn. conceditur.

Quando



FIGVRA LV.

QVando homo, vel fœmina ex inferiori parte dextræ nasi neuo cruciatur velut 55. pangit figura ad luxuriam flexos inclamat, & quo magis naribus hæret, eo magis virium exercebũt, neuus est Martis, & Saturni natura, alæ dextræ Corbi infimæ stellæ offirmatur.

Homo

De neuis in sinistra nasi parte signatis. *Cap.* XII.



FIGVRA LVI.

HOmo, vel fœmina cùm in finistra Nasi ex parte superiori neuo erubescerint, vti in 56. enititur figura, mechissare eos comprobat. neuus est natura Saturni, & Veneris, pectori Cassiopeæ stellæ tertiæ magnitudinis astituitur.



FIGVRA LVII.

HOmo, vel fœmina cum in medio sinistræ partis Nasi fuerint neuo commaculati, sicuti 57. iactat figura, incestus, & adulteria insequi eos commonet; neuus est natura Martis, & Lunæ, a pleides quintæ magnitudinis stellas omnino confluunt.




FIGVRA LVIII.

QVando homo, vel fœmina in inferiori parte sini-stræ nasi propè nares, neuo aduersabuntur, velu-ti 58. dispalescit figura, infaustos, ac multũ in-fœlices eos esse lagitat, nec non sobole infœcundos ne-uus est maleficorum natura Saturni scilicet, & Mar-tis, alæ Corbi, vt pluries diximus concorporatur.


Ho-

De neuis in dextrò supercilio expressis. Cap. XII.



FIGVRA LIX.

HOmo, vel mulier in dextra parte dextri supercilij enitentes neuo, quemadmodum 59. erudit figura, fœlices in suis elucent negotijs, neuus est natura Iouis, & Martis, Cani maiori stellæ primæ magn. coagulatur.



FIGVRA LX.


HOmo, vel fœmina cùm circa medium superci-lij dextri, neuo tuentur, vt 60. instruit figura bonum eis præmonstrat connubium, ac valde esse faustos, neuus est natura, & stella superiorum.



FIGVRA LXI.

HOmo, vel mulier cùm in parte ſiniſtra ſupercilij dextri neuo fuerint nobilitati ſicut 61. additat figura, ſtatus fœlicitatem, bnnamuè in matrimonijs aſſerit fortunam. tres isti neui in dextro cilio cani maiori nectuntur, et Iouis, Martiſque uatura ſunt.

De Neuis in sinistro supercilio promptis. Cap. XIV.



FIGVRA LXII.

CVm homo, vel mulier fuerint in dextera super-cilij sinistri neuo infirmati, velut 62. pronnunciat figura praua ac pessima contrahent consugia, neuus est natura Martis, Vrsæ minori stellæ secundæ magn. obstringitur.

Quan-





FIG RA LXIII.

QVando homini, vel mulieri in finistra finistri supercilij neuus erumpet vti 63. enarrat figura, improbæ vitæ, morumque malorum eos esse mulgat; neuus est natura, et stella ipsa.




FIGVRA LXIV.

CVm homini, vel mulieri in medio ſupercilij ſiniſtri neuus cõercuerit ſicuti 64 admonet figura, mœchari illos affecerat, nec bonis frui coniugijs. tres iſti neui Viſæ minori quo ſupra refe- r..ntur.

Cum


De Neuis in gena destra eminentibus.
Cap. XV.



FIGVRA. LXV.

CVm homo siuè fœmina in superiori parte genæ dextræ fuerint, neuo cnncinnati, veluti 65. eloquitur figura, fæcundos clangit in mercibus, ac opibus affluere magnis, breui tamen vita, neuus est natura Martis, & Iouis, Scorpionis secundæ magnit. stellæ æquatur.





FIGVRA LXVI.

HOmo, vel fœmina quãdo in dextræ genæ me-dio lætabuntur neuo quemadmodum 66. pr[...]cit figura, magnam ex proprio ingenio atque indu-stria cis affert fotunam, disponitq; extra patriam vita facedere, neuus est natura Iouis. et Mercuri[...] cum armo pagasei stellæ fecundæ magn. commea[...]

Quan-



FIGVRA LXVII.

QVando homo, vel mulier in dextræ genæ inferiori parte neuo magnificabuntur, vt 67. cœlat figura, prospera ac principalia inient matrimonia, cum nobili scilicet fœmina vir, cumque nobili viro fœmina, neuus est natura, et stella quibus supra.


De neuis in finiſtra gena figura. Cap. XV.



FIGVRA LXVII.

HOmo, vel mulier, quando in ſuperiori parte ſiniſtræ genæ neuo quatientur, ſicut ex 68. extrahitur figura, vulneribus affectos, & vt plurimum infauſtos eos expoſcit. Neuus eſt natura Saturni, cum naſo ceti ſtellæ tertiæ magn. concurrit.

Cum



FIGVRA LXIX

CVm homo, vel mulier in finistræ genæ medio neuo fuerint agitati, velut 69. confirmat figura ... ilicum illis morbum instituit; nec magna forent ... abitudine, nè vè diù viuent. Neuus est natura Sa- ... rni, et Martis alæ dextræ cor bi stellæ magnit. imp- ... onitur.





FIGVRA LXX.

QVando homo vel fœmina in inferiori parte genæ sinistræ neuo vexabuntur. vti 70. animaduertit figura, infortunatos prædocet, lapsus quoque luem, morbumque gallicum degustabunt, nec longa vita fruentur, neuus est natura Martis, et Lunæ pleiades quintæ magn. stellas possidet.

Homo

De neuis in dextra maxilla stillantibus. Cap. XVII.



FIGVRA LXXI.

HOmo, vel mulier quando in superiori parte maxillæ dextræ neuo gaudebunt, veluti 71. intitulat figura, bonam ac laudabilem eis impertit fortunam, bonorum quoque ex proprio ingenio, et industria comparationem promittit, neuus, est Martis, Iouisque natura, cruri pagasei stellæ secundæ magnitudinis ceditur.


Cum



FIGVRA LXII.

CVm homo, vel mulier in medio dextræ maxillæ neuum gustauerint, quemadmodum 72. decantat figura, fæcundam in cunctis eorum negotijs eis fortunam elargitur, ac longeuam agent vitã. Neuus est naturæ, et stellæ ad instar superioris.

Cum



FIGVRA LXXIII.

CVm in hominis, vel mulieris inferiori parte dextræ maxillæ neuus effulserit, vt in 73. manet figura, omnia lucrorum genera, cum prospera in mercatuiis præsertim, fortuna insinuat, fausta quoque ordinat coniugia. Neuus est Iouis, Mercurijqs natura, humeris pagasei secundæ magnitud. stellæ signatur.


De Neuis in sinistra maxilla vigilantibus. Cap. XVIII.



FIGVRA LXXIV.

HOmo, vel mulier cùm in superiori parte maxillæ sinistræ fuerint offensi neuo sicut 74. vulgat figura, graues eis ægritudines improperat, vitáque deducere breuem. neuus est natura Saturni, naso ceti stellæ tertiæ magnitud. aggregatur.

Homo



FIGVRA LXXXV.

HOmo, vel mulier, quando in medio maxille sinistræ excutientur neuo. velut 75. dictat figura, calamitates, infestaque connubia indicit, neuus est natura, et stella superiori.

Homo



FIGVRA LXXVI.

HOmo, vel mulier quãdo in inferiori parte finiſtræ maxillæ neuo languebunt, vti 76. euomit figura, ſubmerſiones, ac maxima eis infortunia, & acerbitates increpitat. neuus eſt Martis Lunæque natura, pleiadibus innectitur ſtellis quintæ magnitudinis.

Cum

De Neuis in circa os intercessentibus.
Cap. X I X.



FIGVRA LXXVIII.

CVm in hominis, vel mulieris dextra parte oris neuus adfuerit, sicuti ipsa 77. probat figura, bonam fortunam, ac opum ex ingenio, & industria adoptionem præbet, extraq; patriam mortem subitæ impugnat. neuus est natura Mercurij, & Iouis, Capræ stellæ primæ magn. adiungitur.


Cum



FIGVRA LXXVIII.

CVm ex dextra hominis, vel mulieris parte oris, magis propè labia, neuus interfuerit, veluti 78. determinat figura, bona peragent matrimonia, valdeque prospera fortuna pollebunt, neuus est Veneris, Mercurijque natura, fundo vasis stellæ quartæ magnitudinis creditur.

Quand



FIGVRA LXXIX.

QVãdo in homini, vel mulieri dextra parte or's, magis erga medium præterit neuus, quemadmodum in 79. obſeruatur figura, claros offendit eos eſſe ingenio, ac diuitijs, & hæreditatibus affluentes, neuus eſt natura Mercurij, & Iouis, Capram complectitur prima magn. stellam.





FIGVRA LXX X.

HOmo, vel mulier cum in ſuperiori parte ſiniſtræ oris fue:īnt neuo protecti, vt 80. depingit figura, aliquid mali ex Venereis ſubituros arguit neuus eſt natura Martis, & Mercurij, orionis humero stellæ primæ magn, metitur.


Hos



FIGVRA LXXXI.

HOmo, siuè mulier in medio sinistræ partis oris neuo exagitati, sicut 81. increpat figura, gallico morbo sauciari incusantur hominem præterea vlceribus in virga, & genitalibus in natura, mulierem vexari. neuus est natura Martis, extremttati caudæ vrsæ stellæ secundæ magn. annectitur.

De neuis in dextra parte menti micantibus. Cap. XX.



FIGVRA LXXXII.

HOmo, vel mulier cum ex ſuperiori parte dextræ menti exultauerint neuo, velut 82. dilucidat figura, ſæcundam in omnibus eorum negotijs præcipuè matrimonijs fortunam largitur eis. neuus eſt natura Saturni, & Veneris, lucidæ Hydræ ſtellæ ſecundæ magn. alligatur.

Ho-



FIGVRA LXXXIII.

HOmo siue mulier cum in medio dextræ partis menti, neuo fuerint exaltati, vti 83. propalat figura in lucrorum coaceruationibus, ac in cũctis fœlicitatem eis innorescit; neuus est natura Veneris, & stellæ superiori similis est.





FIGVRA LXXXIV.

CVm homo, vel mulier ex inferiori parte dextræ menti neuum gustauerint sicuti 84. prędicat figura, fortunatos cum Dominis, & Principibus ac in longis itineribus eos ostendit. neuus est natura Iouis, & Martis, cor Leonis stellā primæ magnit. insequitur.


De neuis ex menti parte sinistra rutilantibus. Cap. XXI.



FIGVRA LXXXV.

CVm homo, vel mulier ex superiori parte sinistræ menti, neuo vmbrati fuerint, veluti 85. exantlat figura, pessimæ eos esse naturæ condicit, hominem videlicet homicidam, & proditorem, mulierem seminarium homicidiorum. neuus satis est angustiosus estque natura Saturni ventri cerri tertiæ magn. stellæ æquiualet.





FIGVRA LXXXVI.

Homo vel fœmina, quando in medio sinistræ menti elanguescent neuo quemadmodum in 86. dignoscitur figura, homicidia commissuros illos protendit, hominem proprium consanguineum ne caturum, mulierem vel talis causã dilecti. neuus est natura, & stella eisdem quo supra.

Cum



FIG RA LXXXVII.

CVm in inferiorem partem sinistræ menti hominis, vel mulieris neuus dominabitur, vt 87. delicat figura, discrimina, cum malorum, maxime in conoubijs exigendis inculcat, lites quoque inimicitias, bonorum iacturam, ac ægritudines excitar, & breuem vitam decurrent neuus est natura, & stella præcedenti.

Ho-


De neuis in dextra Colli parte corruscantibus. Cap. XXII.



FIGVRA LXXXVIII.

HOminis, vel mulieris superior pars dextræ colli, cum fuerit vestita neuo; sicut in 88. meditatur figura, de quadrupedis, altisque locis reuere eos lacessit, mulierem præterea vteri doloribus, grauibusque discruciari periculis. neuus est natura Saturni, naso ceti stellæ tertiæ magnitudinis conceditur.

Quando



FIGVRA LXXXIX.

QVando in medio dextræ partis Colli hominis, vel mulieris, neuus exiliet, velut in 89 dilucet figura, boni eos ingenij, verùm periculis valde adddictos efficit, quorum tamē pleramque effugient partem. neuus est natura Saturni, & Veneris pectori Cassiopeæ tertiæ magn. stellæ mancipatur.

Quar.



FIGVRA XC.

QVando in hominis, vel mulieris inferiori par-tæ dextræ colli, neuus morabitur vti, in 90 examinatur figura, in aquis demersionem, prominatur figura, in aquis demersionem, procul tamen à vitæ discrimine interpratatur eis. neuus est natura, & stella præcedentibus.

De neuis in medio Colli, ex anteriori parte exultantibus. Cap. XXIII.



FIGVRA. XCI.

CVm in hominis. vel mulieris superiori parte medij colli neuus extiterit, sicuti in 91. iacet figura, suffocationes, strangulationes, ac suspensiones prouocat, mulieri præcipuè vteri dolorem, & in partu pericula: neuus est natura Martis, & Lunæ, pleiadibus quintæ magn. stellis instituitur,



FIGVRA XCII.

HOmo, ſiuè mulier in medio gutturis, & pro-
priè vbi pomum, neuo donculcati veluti 92
prorumpi figura, læ hum crudele, et vt plurimum
á caraifice intentat neuus eſt natura, et ſtella ſupe-
riori:



FIGVRA XCIII.

HOmo, vel mulier cum]de sub gutturis nodo in medio fuerint neuo reprehensi, adeo vt nec dextram, nec sinistram petat, quemadmodum in 93. speculatur figura, grauia illis decernit volentis pericula mortis, in tres hosce neuos prædominantur Pleiades.

De


De neuis in sinistra colli parte existentibus. Cap. XXIV.




FIGVRA XCIV.

HOmo, siue mulier quando ex superiori parte sinistræ colli superabundabunt neuo, vt in 94 prælucet figura, suffocationes vitamque breuem indigitat, mulieri signanter in partu periculum, vterique dolorem neuus est natura Saturni, & Lunæ pleiadibus sequentibus quintę magn. stellis adlegatur.

Quando





FIGVRA XCV.


QVando huomini, vel mulieri in medio ſiniſtræ colli neuus gliſcet, ſicut 95. definit figura, ſuffocationem, capitis obtruncationem, ac ſuſpenſionem promulgat, mulieri particulatim vteri exinanitionem. neuus ev natura, & ſtellis præcedentibus



FIGVRA XCVI.

CVm neuus in inferiorem partem ſiniſtræ colli hominis, vel mulieris fuerit dominatus, velut 96. innuit figura, neci atroci ſubiacere eos annuit: omnes iſti neui pleiadum quibus ſupra natura ſunt.

De Neuis dupplicibus in anteriori parte colli splendentibus. Cap. XXV.



FIGVRA XCVII.

CVm in hominis, vel mulieris collo ex vtraque parte pomi per oppositionem, duo neui gemi nauerint. vti 97. effundit figura, discrimina, fortunæ iniquitates, ac in carnificis incidere manus concitat neui sunt Saturni natura, nasi ceti quintæ magnitu. stellæ hærent.


De Neuis posteriori Colli parte in astragalo positis. Cap. XXVI.



FIGVRA XCVIII.

HOmo, siuè mulier in astragalo neuo contesti, sicuti 98. canit figura, calamitates, & carcerationes promulgat, torturam, & per carnificem necem irritat, mulieri in specie turbolentias grauiaque damna. neuus est natura Martis, & Lunæ, ex pleiadibus, & medusæ capite participat.

De Neuis in fine colli erga humerum dextrum assidentibus. Cap. XXVII.




FIGVRA XCIX.

QVando huomo, siue mulier in fine colli erga dextrum armum neuo gloriabuntur, veluti in 99. corruscat figura, amori mancipatos illos assignat, mulier summatim à nobilibus adamabitur instabilis tamen, & inanis gloriæ cupida. neuus est natura Saturni, & Veneris, Cassiopeæ pectori, stellæ tertiæ magnitud. colligatur.

Homo






FIGVRA C.

HOmo, vel mulier cum in fine colli erga siniſtr humerum neuus ſuperbierit, queãdmodũ 100 dictitat figura. deterrimæ eos forè naturæ pulſat, ad malũ procliues magis quã ad bonũ, alios plagi appetent, appetentur & ipſi; mulier inſuper ſine ho nore erit, impudica, ac referta maculis, neuus eſt n tura Saturni, & Veneris, Perſei lateri dextri ſtell 2. magn. applicatur.



NE faciei situationes neuorum, de quibus in primo hoc nostro pertractamus libro, perturbaremus multitudine, & vt curiosis lectoribus, eos appræhendendi intellectu, humanitatem permitteremus, illos simpliciter delineauimus, non multo labore dignoscendos. De reliquis dein, cæteris in faciei locis, ipsiusque membris emergentibus, agemus in secundo, & de quam habent eum in corpore diffusis, corrispondentia, & eorum proprietatibus, ac significatibus, in tertio, & quo in primo hoc cæpimus instituto, metipso quoque pergemus in cæteris



FIGVRA PRIMA.

HOmo, vel mulier, cùm in dextra frõtis parte neuũ habuerit, sub Saturni linea, qui tamen ne ipsã tangat, vt in prima denosatur figura, bonã in ædificijs sibi fortanam vendicat, ac seminatorijs terris. & agricultura is neuus si melato, aut rubeo colore fulgebit, in totius ætatis, cursu, prospera eorum erit fortuna, quod si niger permutabitur status, si vero vt lens eleuabitur, primus in familia collacabitur homo. Mulieri autem excogitata denotat bona, vt hæreditas, mortuorumq; legata, hic neuus Veneris est natura, Mercurij, atq; *Mar*is, primæ mag. stell. lira nominata. A Dum



FIGVRA II.

DVm hominis, vel mulieris in dextra parte frontis ſub Iouis linea neuus erit, non eam tangens, nec martialē. vti in 2 præſcribitur figura, bona, magnauè homini eueniet hæreditas, qui ſi melato cognoſcetur colore id per propriū aſſequetur patrimoniū, ſi rubeo, ob principium Eccleſiaſticorum gratiam; ſi nigro, tā liberalis erit, vt prodigus exiſtimabitur; mulier vero, optimam in cunctis conſequetur fortunam, quod ſi eleuatus, vel lens, ambobus, incogitata, atq; abdita bona conceduntur, neuus hic Veneris eſt Marliſq; natura, caudæ cigni ſecunda magn. ſtellæ ſiſtiti. Cum



FIGVRA III.


CVm hominem, vel mulierem in dextra frõtis parte sub Martis linea neuo natura figurauerit illã nõ attingente, ficut in 3 videtur figura, homini, martialiũ, idest militum causa, tribuuntur opes; si melatus namq. erit, secundam in quadrupedibus fortunam reperiet, si rubeus, in ludis, caueat, si niger, ab æquitare, si aũt expositus, vt lens, bonã in igneis magisterijs nanciscetur fortunã. mulieri verò placidum designat virum, illa omnia volente factur ũ, & pcipuè virilitatem annotat, atq, fortitudinem, neuus iste, Iouis, Venerisq. natura est, stella primę magn. flumen nuncupata.



FIGVRA IV.

HOminis, mulierisq. in dextra frontis parte, neuus sub solis linea positus, sicuti in quarta inspicitur figura, honorem homini adiungit, diuitias, ac hæreditatem dominorum causa, quod si melatus, commodũ iuxta statum conferet patrimonium, si rubeus, causa dignitasis, si niger, in suis voluntatibus maximè contradicetur, si expositus, honores, bonaq; ob dominorũ causam adscribit, mulieri bonam fortunam, at si niger, suum diligenter seruet hominem, hic neuus Iouis, ac Martis natura, dictus cor leonis stella primæ magnit.

Ho-



FIGVRA V.

HOmo, aut fœmina in dextra frontis parte neuum cũ deportauerint ſub Veneris linea, illam tamen nõ tangentem, nec Mercurij, velut in 5. adnotatur figura, bonam homini ſpondet fortunã in matrimonijs, opes quoq. adminiſtrat, nobilũq. amicitiã, ſi melatus foret, inter amicos fortunam inueniet, & ſi rubeus, inter præclaras mulieres, ſi niger, ab adulterijs aufugiat, ſi eminens vt lens, in legatis amicorum, ac illuſtriũ mulieri ſimiliter ſecundam fortunã, ſed ſi niger, modeſta ſit, atq. zeloſa in pudicitia, hic neuus Saturni, ac Veneris natura eſt, Caſſiopeæ pectus dictum, ſtella tertiæ magn.



FIGVRA VI.

HOminem, siue mulierem in dextra frontis parte neuus percusserit, sub Mercurij linea, & eã ne fe riat, nec lunarẽ, veluti in 6. inspicitur figura, bonũ hom ni tribuit ingeniũ, atq. industriã, bonaq. eius á bono pr sertim eius ingenio acquirentur, si melatus apparebit, i mercaturis sors præsto erit, si rubeus in scientijs, si ni ger non ineat cum falsarijs amicitiam, si vti iens eleu bitur, cunctis in suis actionibus fortunis fæcundabitur mulieri autem, bonã fortunã, ingeniũ, vitãq. longã, si aũt niger, à falsis caueat accusationibua, hic neuus e Merc. Iouisq; natura, Capra dicta, stella 1. magn. Ho



FIGVRA VII.


HOmo vel mulier. qñ neuum in dextra parte frõtis gestauerit, sub lunæ linea, non percutientem illam quemadmodum in 7. designatur figura, in mercaturis erit homini bona fortuna, ac longis breuiusq; in itineribus, si melatus exiet, longa itinera adiudicat, si rubeus, vtilitatem in illis, si niger, potest in negotijs defraudari, si vt lens expositus, & eleuatus, bonum innuit matrimonium; mulieri erit in coniugio fortuna præcipua, si melatus, extraneũ accipiet virum, si rubeus, diuitias, si niger, vir eius longa aggredietur itinera, si eleuatus vt lẽs cum eius viro iter faciet, neuus est Iou. Mart. natura canis maior appellatus 1. magni stella.

De neuis in ſiniſtra frontis parte exiſtẽtib. c. 2.



FIGVRA VIII.

QVum homo, seu mulier, in ſinisra parte frontis ne-
Quum detulerint sub Saturni linea, non tangentem
eam, nec Iouialem, vt in 8 præscribitur figura, longam
degustabit homo carcerationem; ſi melato extiterit co
lore, ex leuibus carcerabitur, ſi rubeo, exibit cito ex eis,
ſi nigro, ibi vitam finiet, ſin autem erit vt lens exposi-
tus, infortunia contẽperabit. mulierem extra patriam
abire indicat, ſi fuerit niger, afflictiones patietur. Ne-
uus hic Saturni natura est, Iouis ac etiã Mercurij cau-
da Capricorni dicta, tertiæ magn. stella. Hu-



FIGVRA IX.

HOmo, aut mulier, cum in ſiniſtra frontis parte neuũ portauerint, vt in 9. deſignatur figura ſub Iouis linea, luxurioſum præmonſtrat hominẽ magnũq; ſuorum diſſipatorẽ bonorũ, ſi melatus adfuerit, aliquã do temperabitur modeſtia; ſi rubeus, ſeuerum ſe præſtabit ac peſſimis moribus, ſi eleuatus, moderabitur aliqualiter eius inclinatio. mulier quoq; propriorũ efficitur diſſipatrIx bonorum, ſi niger, honorem cuſtodiat, quoniam malum, & non bonum affert; neuus hic Veneris, Martiſq. natura eſt, cauda Cygni dicta 2. magnæ ſtella

Quan;



FIGVRA. X.

QVando homo, vel mulier, in finiſtra frontis parte, neuum geſtauerit, vt in x. conſtat figura, ſub Martis linea, homicidium indicat hominem patraturũ, ſi melatus apparebit, abſq; culpa rixabit, ſi rubeus, ob mulieres, ſi niger, maliciose, & proditorie, ſi eleuatus ad inſtar lentis, ob primos motus; & mulierem rixoſã præstat, quod ſi niger, alicui necẽ inferet, neuus Saturni natura eſt, Cæti venter dictus tertiæ magnitudinis ſtella.



FIGVRA XI.

CVm in sinistra parte frõtis, homo siue mulier, neuō sub solis linea laborauerint, vti decima inclamat figura, infortunia minitat homini, prauamq; cū dominis fortunam quibus: si malato fuerit colore, sine mercede seruiet, si rubeo, paupertatem sentiet, si nigro. in conductione, aut cautione, non se intromittat, si eminens verò emicabit, eius infortunia contemperabit; muli eri deinde pauperem, miseramq. indicit fortunā, sed si niger, infortunia, & paupertates confirmat, neuus hic est Martis, Lunæq; natura, præsepis nubilosa dicitur, tertiæ magn. stella.



FIGVRA XII.

NEuus in ſiniſtra hominis, vel mulieris parte frōtis, ſub Veneris linea naſcens, nec eam tangens, velut 12. dicit figura, tribulationes affert homini, atq. moleſtias, ſi melatus videbitur, ex amicis hæc euenient, ſi rubeus, à conſanguineis, ſi niger, cauſa mulierū, ſi expoſitus, vt lens, ærumnæ mitigatæ forent; mulieri autē volubilitatem leuitatemq; tribuet, ſi niger, adulteria cō mittet, malamuè fortunam deguſtabit, hic neuus, Martis natura eſt, atque Lunæ, pleiades dicūtur, ſtellę quinte magn,


Home-



FIGVRA XIII.

HOmo ſiue mulier in ſiniſtra frontis neuũ trahẽ- tes ſub Mercurij linea, quam non tangat, veluti in 13. obſeruatur figura, litigia hominum, odia. inimiciaſq. ducit ſi melato exiet colore, lites ob ingenij perſpicaci tatẽ habebit, ſi rubeo, ob res non geſtas ſi nigro, ſimulatis cauſa, ſi verò, vt lens expoſitus ex induſtria temperat infortunia; mulieri plures exhibet viros, ſi niger, adulterium caueat ne committat, hic neuus eſt Martis atq. Mercurij natura orionis ſcapula dictus, ſecundæ mag ſtella.

Neus



FIGVRA XIV.

NEuus in sinistra frontis sub Lunæ linea, homini, vel mulieri, situatus, non percutiens illá, quemadmodum 14. loquitur figura, infirmitatum diuersitatem hominem pati pretendit, si melatus patebit, stomacho angustiabitur, si rubeus, sanguinis feruore, si niger, mæstitia, breuiq. vita; mulierem autem vteri dolorem, si niger, caueat in partu, si eminens, vt lens, amborum ægritudines contemperat, neuus hic Mercurij, ac Martjs natura est, Canis minor dictus, prima magn. stella.

De

De neuis in medio frontis apparenti bus .C.3



FIGVRA XV.

HOmo, siue mulier in medio frontis, & propriè in medio de subsaturni linea neuo percussi, qui non tamen eam tangat, sicut 15: figura docet. libidinosum indicat hominē, quod si melatus dignoscitur siue, leoninus, contemperabitur, libido, si rubeus, magis honestus, si niger, parietur causa illius, si eminens vti lens, de amabitur à mulieribus, & mulieri luxuriam quoq; administrat, si niger, vana foret, & ob id patietur. hic; neuus est Martis, Iouisq. natura, aquilæ volanti sæcundæ magn. stellæ adstipulatur. Homo



FIGVRA XVI.


HOmo,seu mulier,cum in medio frontis & sub Iouis linea fuerint neuo signati,vt 16. emanat figura,mentis duritiem homini, ac cerebri vacillationem additat,incapax,paruoq;discursu erit,& si melato colore fuerit,amabilis in ptractando fiet,si rubeus, mæstus ac furiosus,si nigro,omninò inespers,si verò eminens, fortunatus,mulieri stultitiam porrigit,si niger,in cuntis pigerrima,ac tradi motus,neuus hic *Martis*,Mercurijq;est natura,Herculi tertiæ magnit. stellæ adsciscitur

In



FIGVRA XVII.

IN hominis, vel mulieris frontis medio cum neuus sub Martis linea morabitur, illam nè dummodo tangat, vt ipsa 17. detinet figura, indifferentem, ac primi motus constituit hominem, si melatus erumpet, aliqualiter magis contemperabitur, si rubeus, pectore virili, magnaq; vi, si niger, homicida, si eminens, sagax efficitur. mulierem autem superbientem facit, atq; elatam, si niger, alicuius neci consentientem. neuus est Iouis, Martisq. natura, equus alatus dictus secundæ magnit. stella.





FIGVRA XVIII.


HOmo, seu mulier, in medio frontis sub solis linea neuo torpentes, sicuti 18. excudit figura, crapulæ deditum atq; luxuriæ hominem decernit, quocunq; sit ipse colore, & mulierem ad adulteria patranda. animaduertentes, de neuis in medio frontis residentibus, & Planetarum lineis hæsis, in nostra esse prima parte præta-ctum, & hic neuus est Saturni, Venerisq; natura, hidriæq; secundæ magn, stellæ adæquatur.





FIGVRA XIX.

HOmo, siue fœmina, in medio frontis sub Veneris linea neuum patientes, veluti 19. clamitat figura prægrandia homini, & præcipue incurabilium minatur infirmitatum pericula, si melatus extiterit, caueat à camorreis, & renum relaxatione, si rubeus, à sanguinis alteratione, si niger à periculis in genitalibus, si eleuatus vt lens, conualescet ex infirmitate, mulieri renum debilitatem prædocet, si niger aderit morbus in natura; neuus est natura Saturni, & Veneris, preseo stellæ secundæ magn. adscitur,





FIGVRA XX.

HOmo, vel mulier in medio frontis ſub Mercurij linea neuo tacti, vt 20. rudit figura, in maximas minitat hominem incidere miſerias, ac calamitates, ſi melatus preeſt temperantiam præſtat, ſi rubeus, in ſuis miſerijs adiuuantem habebit, ſi niger, ægeſtatem patietur, & ſi vt lens eleuatus, induſtriam bonumq; indicit ingenium. mulieri ſi niger, pater necabitur, neuus hic, Martis, Mercurijq; natura eſt, Altebaram primæ magnitudinis ſtellæ æquatur.



FIGVRA XXI.

CVm in hominis, seu fœminæ frontis medio sub lunæ linea neuus dominatus fuerit, qui minimè eam pertingat, veluti 21. propalat figura, temerarium, molestumq. hominem constituit, si melatus, supportabilis fiet, si rubeus, primi motus, si niger, homicida', si eleuatus, minus solito importunus erit; mulierem vero petulantem efficit, si niger impudicam, & vili conditione, neuus hic Martis est natura, stellæ capiti antecedenti dictæ Gemini secundæ magnit. nectitur.

De neuis in fine linearum dextra frontis manantibus. Cap. 4.



FIGVRA XXII.

HOmo, siue fœmina, in fine Saturni lineæ ex dextra frontis neuo abundantes, sicut 22. affirmat figura, senum, rusticorumq; hominũ causa, bona possidebunt, ac etiam ob seminatoria loca, si melatus, scaturiet, in iuuentute diues erit homo, si rubeus, omni tempore, si niger, disperdet magis quã lucrabitur, si eminens, vt lens, magna ei erunt in senectute bona; mulier diuitias cumulabit, si niger, auara fortunæ bonorum foret. neuus est natura Veneris, & Mercurij lira dicta, stella primæ magnitudin.

Homi-



FIGVFA XXIII.


HOminis, seu mulieris, in fine Iouis lineæ ex dextra parte, neuus oriens vti 23. enodat figura, incogita-ta homini spondet bona, & ex paupere diuitem euasurũ, si melatus, bonam ei præesse fortunam, si rubeus, pro-speram, si niger, aduersam, si eleuatus, omni tempore fortunatum; mulieri opes pollicetur, & ex consangui-neis bona, ac proprio quoq; viro, si expositus vt lens bo-norum proprietatem. neuus est natura Martis, Iouisq; , Scorpionis cor dictum, stella secundæ magn.



FIGVFA XXIIII.

HOmini, vel mulieri, neuum, in fine Martis lineæ, ex dextra frontis habẽti, velut 24. decoratur figura, ex ludis, armis, æquisq; bona decernit, si melatus, à Martialibus homo hæc bona recipiet, si rubeus, itidem, si niger, ne ludat, si expositus, magisq. fortunabitur. mulieri ingenium, doctrinamq; concedit, itaut ægestatem relinquet, diuitiasque amplectetur, si expositus, & nigredinis expers, maiora fortunæ bona impertitur. neuus hic est natura, Saturni & Veneris lucida dicta hidræ, stela secundæ magnit.

Homo,



FIGVRA XXV.

HOmo, aut mulier, in fine Solis lineæ ex dextra frontis neuo signati, quemadmodum 25. clamat figura; bonis, ac vtilitate, dominorum amicitiæ causa superabundabit, hominiq; regimina, honorataue onera nõ deerũt, vnde permagni estimabitur, si melatus, magis eũ fortuna prosequetur, si rebeus, ab Ecclesiasticis principibus diliget, si niger, à dominorũ caueat indignatione, si expositus vt lens, prosperam asserit ei fortunã. mulier vero in cunctis erit suis actionibus fæcunda, si niger, à dominorum proposse, caueat ore; hic neuus est natura Iouis, & Martis regulus dictus, primæ magn. stella.



FIGVRA XXVI.

HOmo, aut mulier in dextra frontis, & Veneris lineæ fine neuo pollentes, vt 26. edicit figura, mulierum, ac amicorum præſertim cauſa bona dantur homini, ſi melatus ex matrimonijs, ſimiliter & ſi rubeus; ſi niger, prægrandes in illis experietur difficultates, ſi vt lens expoſitus fœcundiores fortunæ erunt, mulieri per viros nõ vulgaria inſtant bona, ſi eleuatus, ſemper ſecunda. hic neuus eſt Saturni, Veneriſq; natura pectus dictum Caſſiopeę, tertie magn. ſtella.

Homo






FIGVRA XXVII.

HOmo, vel mulier, in fine Mercurij lineę, in dextra frontis, neuo exultantes, velut 27. figura dilucidat, nobiliori extra quam in patria fortuna ditat hominem, eiusq; bona ex ingenio aderunt, si melatus, industrius, ac pulchrarum inuentor indaginum fiet, si rubeus, moderatè diues, si niger, flocci faciat vanas spes, si vt lens expositus, magnis diuitijs affluet, Mulier bono fruetur ingenio, & ob, qua potietur prudentia, adamabitur, si niger, linguam compescat, si expositus, bonas, fœlicesq; consequetur opes. hic neuus Mercurij, Iouisq; natura est Capræ stellę. primę magn. comparatur.

Si






FIGVRA XXVIII.

SI in hominis, siue mulieris fine Lunæ lineæ ex dextrà frontis neuus insurget, seu 28. figura propalat, longa homini itinera enunciat; & extrà potius quam in patria fortunæ bonis locupletato, si melatus, hæc erunt causa vxoris, si rubeus, consanguineorum, si niger, nihil omnino, si expositus, opes designat. mulieri bonam cum viro fortunam additat, si niger, mutabilis erit fortuna, si vt lens, optima, neuus hic Iouis est ac Martis natura, canis minor dictus primæ magn. stella.

De Neuis in sinistra frontis, & septem principalium linearum fine ortum habentibus. Cap. 5.



FIGVRA XXIX.

HOmo, siue mulier ex sinistra frontis, & in fine Saturni lineæ neuo correptus, vti 29. figura obtendit, miserijs, paupertate, ac quamplurimis hominem vallat tribulationibus, si melatus aut rubeus fiet, haud tam facit miserabilem, si niger, carceribus subiectum, si expositus vt lens, moderabuntur tot infortunia. mulierem quoque indicat ægenam, si niger, infœlicissimi aduenient ei successus. hi Saturni neui, vt plurimum casuum periculis subsunt, at si vt lens eleuati, non secedent in tanta calamitate, hic neuus, Saturni, Iouis, Mercurijq. natura est, Capricorni cauda dicta, 3. mag. stella.


Cum



FIGVRA XXX.

CVm in fine Iouis lineæ ex frontis sinistra hominis, aut mulieris neuus resederit, velut 30. aperit figura, dissipatorem suorum bonorum instituit hominem, si melatus, aut rubeus, crapulatorem, si niger, imperfecto cerebro, si vt lens, luxuriæ valde deditum, ac potentem. mulier vero prodiga erit, & multum inutilis, si niger tueatur honorem, neuus hic est Martis, Iouisq; natura, cruri pagasei secundæ magn. stellæ adscitur.


Homini



FIGVRA XXXI.

HOmini, siue mulieri, ex sinistra frontis, in fine Martis lineæ neuo presente, sicut 31. claudit figura persecutiones, litigia, contentionesq; mulierum causa, enunciat, si melatus, à consanguineis hęc omnia euenient mulieribus, si rubeus, ex luxuria, si niger, maximã bonorũ suorum dissipationẽ perficiet, si expositus, vt lens, Martialis reputabitur, atq; strenuus, mulieri magnas annuit molestias, ac modicæ bonę famæ, si niger, caueat, ne ex libidine periclitetur, & quocumq; sit colore, dissipatricẽ superbamq; efficit hic neuus est Veneris Martisq; natura, cigni causæ 2, magn. stelle computatur.

Homo



FIGVRA XXXII.

HOmo, vel mulier, ex sinistra frontis in fine solis lineæ neuo tactus, sicuti 32. deuelat figura carceres homini minitatur, ac dominorum persecutiones, si melatus, propria bona disperdet, si rubeus, ex locuplete, pauper euadet si niger, principum, dominorumq; caueat irã, si eleuatus ad instar lentis, bonis in iuuentute fruetur, & ni illa conseruabit, indigebit in senectute; ærumnas causa viri, mulieri comminatur, si niger, extremam miseriam. hic neuus est natura Saturni, & Martis, serpentarij capiti adiungitur tertiæ magn. stellæ.

Homo,





FIGVRA XXXIII.


HOmo, ſeu mulier in fine Veneris lineæ ex ſiniſtra frontis neuo onerati, veluti 33.excudit figura moleſtias homini, ac incurabiles ægritudines predicit, ſi melatus, ſthomaco laborabit, ſi rubeus, iecore, crapulatorque erit, ſi niger, ex nimio coitu, ſi expoſitus, potentiſſimus, ac in gignendis filijs fœcundus; mulier modicæ ſalutis, ac ægrota. ſi niger, caueat á gallico morbo, alijsq; ſimilibus, hic Martis eſt natura neuus, vrſę maioris dorſum dictus, ſecundæ magn. ſtella.



FIGVRA XXXIV.

NEuus ex sinistra frontis hominis, vel mulieris ita Mercurij lineæ fine, quemadmodum 34. prædocet figura mirum in modum hominem constituit malignũ, si melatus, proprijs consanguineis odio erit, si rubeus, magno pollebit ingenio, si niger, precaueat, ne falsitate criminetur, si elatus vt lens, tot mulcebit infortunia, mulierem de non factis inculpabit, si niger, de malignitate, & licet multum incusetur, parum erit respectu demeritorum, hic neuus est natura Saturni, & Mercurij, alæ dextræ corbi tertiæ magn. stellæ connumeratur.

Homo,





FIGVRA XXXV.

HOmo, vel fœmina in fine lunæ linea ex ſiniſtra frontis neuo contuſi, vti 35. dicit figura fugam interminatur homini, ac perſecutionem ob homicidia, ſi melatus, vel rubeus, proprios caueat conſanguineos, ſi niger, turturam, ſi expoſitus, contemperantiam diſcriminum annuit, at neui expoſiti, vllo modo nigri ſint. tribulationes mulieri concitat, ſi niger maximo cum periculo perſequentur illam. hic eſt natura Martis, capiti ſequenti Gemini datur, ſecundæ magnit. ſtellæ.



CONſonum quidem eſt, vt poſt peractis de frontis neuis, de micantibus quoquè in temporibus, peragamus, in tres diuidendo ſituationes, hoc eſt, principium, medium,& finem, vt breuiter valeant ſignificari, iuxta oculi caudulam medium collocando, principium ſupra, ſubſumq; finem; & ex conſequentium aſpectu figurarum, non modica in iudicando, haurietur facilitas; & de quinq; tantummodo in vno quoque tempore pertractabimus, ideſt, duobus ſuperius, vno in medio, duobus verò ſubter.



De neuis in dextero tempore. Cap. 6.



FIGVRA XXXVI.

CVm in dextro tempore ex parte ſuperiori magis prope capillos, homini, vel mulieri neuus emerget, vt in 36. emergit figura longum illi vitæ curſum ſtabilit, bonaque fortunæ, at ſi melatus, vel rubeus, ſtudiorum, ſi niger, non mediocrem faciet iacturam, ſi ve lens expoſitus, fortunatior erit; mulieri vero fauſtam in coniugijs præſtat fortunam, ſi niger, primi viri obitum, neuus hic eſt Iouis, Veneriſque natura, fluminis lucidæ primæ magnitudinis ſtellæ iungitur.



FIGVRA XXXVII.


HOmo, vel fœmina in tempore dextro ex parte superiori, magis erga cilium quam capillos neuo protecti ſicut in 37. figura elucescit, bonorum insinuat adeptionem homini, officia ac dignitates; ſi melatus bonam parat fortunam, ſi rubeus, abdita reperiet, & inopinata, ſi niger, imminuit hæc omnia, ſi vero vt lens, ingenij acuitatem præſtat; mulierem in cunctis fortunatam, ſi niger, ſeruos vitet. hic neuus Iouis eſt, atq. Saturni natura, dextro cefei humero tribuitur tertiæ magitudinis ſtellæ.

Homo,



FIGVRA XXXVIII.

HOmo, seu mulier iuxta oculum, & proprie in medio in dextro tempore neuo fultus, velut 38. figura clamitat, dignitatem homini affert; hic neuus in tali loco situatus, semper cum fortunatis itineribus, dignitatem profert; si melatus bonam itidem fortunam, si rubeus, diuitias, si niger, aliquam iacturam, non tamen magnam, si vt lens, singularem fortunam; mulierem autem fortunatam, & nequaquam pauperem, quod si niger, furta, ac seruorum fugam, passuram pretendit. hic neuus est Iouis, Martisq. natura, vmbellico æqui alati stellæ magn. ascribitur.





FIGVRA XXXIX.


HOmo, aut mulier in dextro tempore ex inferiori parte magis erga collum, neuo exultantes seu in 39. speculatur figura, ingenium industriamque homini despondet, quare diuitijs affluet longaque vita, & si melatus, vel rubeus, bona fortuna gaudebit, si niger, in suis operationibus quasi infringetur, si vt lens, cuncta exequetur. mulieri bona, vitamque longam impertitur, quod si niger, angustias suorum causa bonorum. hic neus est Mercurij, & Iouis natura capræ assimilatur secundæ magnitudinis stellæ,



FIGVRA XXXX.

HOmo, vel mulier in tempore dextro, ex inferiori parte magis erga oculum, neuo ornati, vti 40. depingit figura, ingenium eleuatum, & ex ingenijs bona homini elargitur, si melatus, fortunam prægrandem, si rubeus, nobilem vxorem, si niger, contentiones cum ipsa, & si vt lens elatus semper locuples; mulieri similiter fortunam exconnubijs, & si niger, statum mutabit, & si in iuuentute diues fuerit, in senectute pauper, & si pauper diues fiet; hic neuus est natura Mercurij, & Iouis, capræ primæ magnit, stellæ computatur.

De neuis in sinistro tempore emergentibus. Cap.7



FIGVRA XXXXI.

HOminem, vel fœminam in sinistro tempore, ex parte superiori erga capillos, neuus cum insultauerit, veluti 41. figura proponit, graues ac periculosissimas inducit homini ægritudines, si melatus aut rubeus, mulcet illas, si niger, vitam breuiat, si expositus vt lens, bonum finem pollicetur; Mulieri haud bonam salutem, si niger, pessimam inter cætera necem. hic neuus est natura Saturni, & Veneri ceti tertiæ magnitudinis stellæ prescribitur.

Ho-



FIGVRA XXXXII.

HOmo, vel fœmina in ſiniſtro tempore, neuo cilio propinquiore defatigati, veluti 42. inſtruit figura, peſſimis, ac turpibus hominem affirmat eſſe moribus; ſi melatus, aut rubeus, haud tam impius conſiderabitur, ſi niger, proditor, ſi ut lens eleuatus, inſtabilis; mulieri itidem turpia vitia dicantur, ſi niger, obſcena, impia, atque proditrix. hic verò neuus Martis, lunæque natura eſt pleiadibus quintæ magn. ſtellis computatur.

Homo,





FIGVRA XXXXIII.

HOmo siue mulier in sinistro tempore magis erga oculum neuo laborantes, seu 43. disseminat figura, prægrandes homini ægritudines imponit, ac infortunia maxima, si melatus, infirmitates dumtaxat, si rubeus, gallicum morbum, si niger, contagiosum, vitamq. breuem, si vt lens expositus, non tam breui vita; mulieri vero ex altis ruere locis, malas pati ualetudines, ac aquarum subire pericula, si niger, grauium secedet causa infirmitatum. neuus hic, & homini & mulieri pares indicit minas, Saturniq; natura est, & naso cæti 3. magn. stellæ adstipulatur.

Vir,



FIGVRA XXXXIV.

VIr, siuè mulier, cum in sinistro tempore ex inferiori parte magis erga capillos neuo opprimebuntur, sicut 44. figura improperat, mœstum scelestumque resignat hominem, si melatus, furiosum, & primi motus, si rubeus, crudeliorem, si niger, furem, ac homicidam quare pœnas exoluet, si eleuatus vt lens, itidem crudelem; mulierem verò adulteram, si niger, vita breui, neuus iste Saturni est natura, sequenti Gemini capiti secundæ magnit. stellæ adscitur.






FIGVRA XXXXV.

IN hominis, vel mulieris tempore ſiniſtro, ex inferiori parte neuus inſurgens, velut 45. propalat figura, moleſtias, & anguſtias homini parat, ſi melatus, iracundum, atque ſenſitiuum producit, ſi rubeus, ſimiliter iracundum. ſi niger, violenter moriturum, ſi vt lens, modico cerebro efficit illum; mulierem nonnullis vallabit infortunijs, ſi niger, à ſuorum ſe cauſa flagitiorum præcaueat ſubita morte, neuus is, Martis lunæq; eſt natura nubiloſa præſepis dicta ſecundæ magnit. ſtella.

De


De neuis in aure dextra ex interiori parte. Cap.8.



FIGVRA XXXXVI.

PAtente in hominis uel mulieris aure dextra, neuo, quemadmodum 46. figura dilucidat, magnum imminet homini periculum capite plagari; ſi melatus, periculum ſubibit, & non lędetur; ſi rubeus, parum officietur; ſi niger, grauiſſimum patietur damnum, ſi eminens ut lens, & minimè colore profuſus, ipſam perdet aurem; mulieri autem, caſus, rerumq; iactura cararum; ſi niger, plagas uitet; neuus iſte Martis eſt natura, vrſæ caudæ exſtremitati componitur, ſecundę magnitudinis ſtellę.

Homo,





FIGVRA XXXXVII.

HOmo, uel fœmina in dextrę aüris medio, ex parte externa neuum trahentes, ut in 47.eſt figura, odia, & inimicitias homini parat, iduè tamen eſt, cum fuerit ipſe colore melato, quod ſi rubeo, maiores erunt ei anguſtię, ſi nigro, ictus periculum tormenti bellici ex deſtra parte; ſi ut lens, modica bona fortuna; mulieri uerò, pericula ſuorum cauſa bonorum; ſi niger, notabile dedecus. iſte neuus Saturni, & Martis eſt natura alę dextrę corbi conformatur tertię magn. ſtellę.

Homo,



FIGVRA XXXXVIII.

HOmo, siue mulier, in aure dextra, ex inferiori parte neuum carpentes, vti in 48. legitur figura, notabilibus hominem adstringit discriminibus, qui neuus si ex interiori parte orietur, caueat ne ex alto cadat si ex exteriori, in aquas, & cuiusuis coloris sit, malus est, niger vero pessimus. mulier homicidia ordietur; si ex extera parte valde perdita erit & ipsa, ac moribus pessima; & vt diximus color pessimus niger est, idque cum euenerit, suo mulier prospiciat honori. ipse neuus est Martis natura, vrsæ principio caudæ 2. magn. stellæ mancipatur.

De ne[illegible] [illegible] n aure sinistra sitis. Cap. 9.



FIGVRA XXXXVIIII.

HOmo, vel mulier in aure sinistra superius, ex extera parte neuo vexatus, veluti 49. retinet figura, in m[illegible] corum persecutionem subibit, si melatus extiterit, potentes pandet hostes si rubeus, potentiores, si niger, violenter emori, si vt lens, satis notabilia perficiet. angustias mulieri causa honoris tradit, si niger, caueat ne ob eius scelera, iuguletur, hic neuus est Saturni Martisq; natura, ceruici leonis, 2. magn. stellæ aptatur.

Homo,



FIGVRA L.


HOmo, siue mulier in auris sinistræ medio, neuo deturpati, vti 50. figura euomit, deformibus pessimisq; hominem esse moribus enuntiat; si melatus, furem; si rubeus, carentem discursu; si niger, maximum homicidam; si vt lens eminens, luxuriosum. mulieri autem læthi periculum; si niger, violenter obire luxuriæ causa protendit. neuus hic, est Martis, & Mercurij natura, capiti Herculis 3. magn. stellæ tribuitur.



FIGVRA LI.


HOmo siue mulier, ex inferiori parte sinistri oculi neuo compuncti, vti 51. tonat figura, vulneratorem hominem sancit, hic neuus, tam ex interiori, quam exteriori parte, homicidia insinuat, causa mulierum; qui si melatus, aliqualiter cõtemperat; si rubeus, furentissimũ spondet; si niger, plura excitat homicidia, si vt lens, haud mala abripietur morte; alterius cuiuscũq. generis, violentam comminitat necem. in muliere quouis sit colore, alterius mortis seminarium se præstabit, tñ venena vitet. his neuus est natura Saturni, & Martis caput draconis 3. magn. stella appellatus. De

De neuis in cilij dexteri descensu scatentib. Cap. x.



FIGVRA LII.

HOmo, seu mulier, in cilij dexteri descensu, inter oculi concauum, & nasi principium, sicuti 52. displicat figura, neuo roborati, à consanguineis causa coniugiorum augebitur homo beneficijs; si melatus; bona indicat; si rubeus hæreditatem; si niger iacturam, curasque, si vt lens, furtunam, licet immerito suo. mulieri sortem, ac ingenij excitamentum offert; si niger, circunuentiones, propriæ causa facultatis; hic néuus est Veneris, & Mercurij natura, Coronæ lucida, secundæ magnitudinis stella, nuncupatus.



FIGVRA LIII.


QVem hominem, vel mulierem ſub oculi dexteri concauo,ex interna parte naſi, neui piguerit, velut 53.figura tumeſcit,furibundum,atq; biloſum ſtatuit eum, ſi melatus,tractabilem,ſi rubeus,incompoſitum, ſi niger plurium ſeminatorem rixarum, ſi ad inſtar lentis, indocilem. mulierem autem, quoquomodo, quouè ſit ipſe colore,iurgiorum fore fomentum,at ſi niger occaſare; Martis eſt hic neuus ac Mercurij natura, ſcorpionis cauda 3. magn. ſtella nominatus.



FIGVRA LIIII.

CVi homini, vel mulieri in dextera nasi, ex interna parte, neuo tædio erit, veluti 54. eximit figura, longas illi ferit infirmitates, ægramq; valetudinem, si melatus, morbum circa renes, si rubens, circa caput; si niger, in genitalibus, & virga; si vt lens, curiosus fiet, perbellisq; discursibus; mulier parum notas habebit molestias si niger, morbum in natura, cum periculo mortis, hic neuus est natura Saturni, Cæti cauda 3. magn. stella vocatus.

De neuis in cilij sinistri aluo, nascentibus. Cap. 11.



FIGVRA LV.

HOmo, uel mulier in cilij sinistri aluo, neuo languentes ceu 55. figura impugnat, homicidam conficit hominem, si melatus, aut rubeus, vulnerantem tantum, si niger, ipsorum homicidam affinium ; si ut lens, fermè dementem ; mulierem uerò superbam, atque furiosam; si niger, homicidam quoque. hic neuus est Veneris, & Martis natura, cauda cigni secundæ magnitudinis stella acclamatus.






FIGVRA LVI.

HOmo, vel mulier in alui medio ſiniſtri cilij neuo percuſſi naſo coniuncto, quemadmodum 56 dictat figura, aliqua afficietur infamia; ſi melatus, id à mulieribus exiet; ſi rubeus à proprijs conſanguineis, ſi niger, ab vxore, ſi eleuatus vt lens, tot minas demulcet; mulier ſemetipſam vituperio aſtringet, & ſi niger, adulterio. iſte neuus Saturni, & Veneris eſt natura, Caſſiopeæ pectori tertiæ magnitudinis ſtellæ dicatur.

Quis






FIGVRA LVII.

HOminis, vel mulieris, sinistri oculi aluus, neuo... naso propinquiori affectus, vt 57. arcessit figura... obscenum, & luxuria plenum renunciat illum, si mela... tus, potentissimum in coeundo, si rubeus, fortem simi... liter, si niger, damnum, ob tale vitium patietur, si vt len... debilem magis quàm fortem. fęminam autem luxurio... sam, & si niger adulteram. hic neuus Veneris natura... est, Andromedis vmbellico 3, magn. stellæ defertur.

De neuis in cilio dextero. *Cap. 12.*



FIGVRA LVIII.

HOmo, seu fœmina, inter dexteri cilij principium, & medium neuo perornati, vti 58. assonat figura, in connubijs, & ex filijs. fortunatissimus florebit, si melatus, in iuuentute sors vigebit, si rubeus, omni ætate. si niger affinium causa iacturam faciet si vt lens, fœlicissima senectute fruetur; mulier quoq; fortunata, & gnatorum exaltatione lætabitur, qꝫ si niger, multum eius impediet fortunas. De principio, medio, & fine ciliorum satis dictũ in prima nostra parte. is neuus est Iouis Martisq; natura, cani maiori 3. magn. stellæ mandatur.

Ho-



FIGVRA LIX.


HOmini, siue fœminæ in dextra cilij inter medium, & finem principij nasi, cum neuus fluxerit, sicut 59. allegat figura ex mulieribus ei fœlicitates prouenient si melatus, earum causa donationes; si rubeus, hæreditaria bona, si niger, multum obtendetur in suis fortunis, si vt lens, eius fortuna maior erit. mulier ex donatione fortunabitur, si niger, inexecutionibus angustiabitur; neuus iste Iouis est, ac Veneris natura, flumini primæ magnit. stellæ adhibetur.

De neuis in cilio sinistro. Cap. 13.



FIGVRA LX.

HOmo, vel mulier inter principium & medium cilij sinistri hoc est, ex parte temporis neui compotes, sicuti 60. essert figura, calamitatibus, ac persecutionibus ex libidine quatietur, si melatus, ex ordinarijs fœminis id aderit, si rubeus, ex nobilibus, si niger, ex vilibus; si vt lens, ex propria natura. mulier similiter egestate, & ærumnis, & si niger luxuriæ causa mulctabitur. neuus hic Saturni, & Veneris natura est, dextero Præsei lateri secundæ magn. stellæ infertur.





FIGVRA LXI.

QVis homo, vel mulier, inter ſiniſtri cilij medium, & finem, ex parte ſcilicet naſi fuerit neuo obnoxius, velut 61. obijcit figura, malum edicit matrimonium contrahi, ſi melatus, paupertatem, ſi rubeus, malam famam, ſi niger, parum inter coniuges pacis, ſit vt lens, ſuorum diſſipatorem bonorum, mulieri itidem malum obijcit connubium, at ſi niger, adulterium, hic neuus eſt Saturni, & Martis natura, ſerpentarij capiti, ſtellæ 3. magn. vincitur.

De


De neuis super oculi dextri palpebras Serpentibus.
Cap. 14.



FIGVRA LXII.

SVper hominis, vel mulieris oculi dextri palpebram ex externa parte, tempus versus, neuus fluens, veluti 62. prouehit figura fortunæ bonorum prædicit prosperitatem, si melatus, haud malum coniugium, si rubeus, bona, causa vxoris, si niger, solicitudines in nuptijs, si vt lés, legata ob matrimonia; mulieri verò fortunatum diuitemq; virum, si niger, obstaculum in suis fœlicitatibus, neuus hic est Iouis, Saturnique natura, Cephei humero dextero tertiæ magn. stellæ illitur.

Homo



FIGVRA LXIII.


HOmo siue mulier, cum in dexteri oculi palpebræ medio, neuo eleuabuntur, quemadmodum 63. concelebrat figura, bonam sortietur fortunam, quod si melatus, uel rubeus itidem bonam, & magnam, at si niger, maximopere illam retundit, & si vt lens, inopinatè aduenier; mulieri ex legatis fortuna patebit, pleraque suorum affinium pars occumbet, & locuples fiet, sed si niger, aliter eueniet, hic neuus est Mercurij, & Iouis natura, & capræ primæ magn. stellę similis.



FIGVRA LXIIII.

HOmo, vel fœmina in dextræ palpebræ fine, & propè nasi partem neuo se oblectantes, ceu 64. nitet figura, per suas sibi coaceruabit operationes, ac propterea in cunctis se eminētem præstabit actionibus, si melatus, fortunatum dominorum causa, si rubeus, Ecclesiasticorum, si niger, iacturam faciet, si vt lens, hæreditatis, donationisq; causa fæcundabitur. & mulier fæcunda in cunctis, præter nigrum, ex quo nigri neui Martis, Saturniq; sunt, melati, & rubicundi, Iouis; & eminētes Ven. & hic ipse neuus Ven. & Merc. nat. est vasis fundo, 4. magn. stellæ vocatur,


De neuis super sinistri oculi palpebra. Cap. 15.



FIGVRA LXV.

CVm hominis, vel mulieris, sinistri oculi palpebra, neuo sordescet erga tempus, vti 65. subsannat figura, maxima, ac vitiosa ille contaminatur luxuria, si melatns foret vel rubeus, fiet magis contemperatus, si niger, pessimus, & si eminens, item obscæna lædetur luxuria. mulier quoque luxuria impugnatur, multisque impudicitij deturpabitur, & quo neuus nigrior, eo ad infamias ipsa decliuior. hisce neuus est Saturni, & Mercurij natura bootis armo sinistro, tertiæ magnit. stellæ consimilis.

Cum






FIGVRA LXVI.

CVm medium ſiniſtræ palpebræ hominis vel mulieris neuus inundabit, vt 66. arcet figura, illum mærore commamulat, ſi melatus vel rubeus, iracundia, ſi niger violento læthо, ſi ut lens eminens vitæ periculis, ſemperq; malamis neuus in tali ſituatione prodit mortē mulierem autem exitijs, periculiſque, & ſi niger honoris iactura, neuus ipſe Saturni eſt Mercurijq; natura, libtæ meridionalis lucidæ 2. magn. ſtellæ, vniformis.






FIGVRA LXVII.

CVm in sinistræ palpebræ principio ex parte nasi neuus hominem, vel mulierem polluerit, vti 67. exoluit figura, satis eum libidine repletum vocat, si melatus, potentissimum in coitu, si rubeus, extrà modum, si niger, ex adulterijs penas dabit, si vt lens, mulierum causa pericula incidet. mulier vero adulteria patrabit, & si niger, hac causa ex ferro, & venenis periclitatur. hic neuus Saturni, & veneris natura est, stella poli, tertiæ magnitud. dicitur.


De neuis sub oculi dexteri vacuo. Cap. 16.



FIGVRA LXVIII.

CVm sub oculi dexteri vacuum ex parte temporis, hominem, vel fœminam neuus momorderit, vt figura 68. exprobrat, crudelem illum, atq; furiosum appellat, si melatus, magis temperatum, si rubeus, vltorem, si niger, aliquem necabit, vel alterius causa mortis, si vtlens, parum timentem; mulierem autem, vanam ac superbam, si niger, alicuius causa necis, cum sui ipsius periculo. neuus est natura Martis, capiti Hærculis, stellæ tertiæ magn. ponderatur.





FIGVRA LXIX.

CVm in medio de ſub oculi dexteri alueo hominis vel mulieris neuus innotuerit, ſicut 69. albeſcit figura vita breui illum inclamat, ſi melatus, ex crapuia infirmitates aſſignat, ſi rubeus ex alteratione, ſi niger, ex venenis, ſi vt lens, ex proprio intemperamento, mulieri periculo in partu, ſi niger, venena minatur breuemq; vitam. hic neuus natura Saturni eſt cum ceti cauda migrat ſtella 3. magn,


Quando



FIGVRA LXX.

QVando in hominis, vel fœminæ ſiniſtri oculi alueo ex medio, neuus fuerit inciſus, ſicuti in 70. eſt inciſus figura, vitæ diſcrimina homini, anguſtiaſq; valdè notabiles præſcribit, ſi melatus, vel rubeus id ſuorum accidet cauſa bonorum, ſi niger, mortem comminatur, ſi eleuatus, in fortunia lenit, mulieri verò propinquorum tempeſtates, perſecutioneſq; parat, ſi niger ſuæ conſulat honeſtati. hic neuus Saturni eſt Martiſq; natura, Leonis ceruici 2. magn. ſtellæ agglutinatur.

De neuis ae sub sinistri oculi vacuo. Cap. 17.



FIGVRA LXXI.

SI hominis, siue mulieris in oculi sinistri vacuo neuus versabitur ex temporis parte, velut in 71. versatur figura infœlicitatibus, magnisq. infortunijs commaculat hominem, si melatus, hæc à nobilibus prouenient mulieribus, si rubeus, à magistratibus, dominisq. si niger, ab inimicis, si vt lens expositus, ex ordinarijs fœminis; mulierem autem damno, ac dedecore, si niger adulterijs, vel tali de causa pati quibit; neuus hic est Saturni, & Martis natura draconis capiti tertiæ magnitudinis stellæ inglomeratur.




FIGVRA LXXII.

HOmo, siue fœmina, cum in sinistri oculi concauo ex parte media, fuerint neuo inoccati, veluti 72. est inoccata figura, insectationibus magnisq. luctibus implicat hominem; si melatus, carceribus, si rubeus, tortura, si niger, ex iustitia profundere vitam, si vt lens, ignominiosam euadebit necem. mulieri namque flagella instar, eritque hominum, fœminarumq. causa mortis, carceres, ac persecutiones perpetetur, & fugam capiet, si niger suspensionem minitat; neuus hic in fœminis est cum metroscopia consideratione dignus, cum sit Saturni naturа, & ceti naso 3. magn. stellæ adsciscatur,

Ho-






FIGVRA LXXIII.


HOmo, vel mulier, ſi in ſiniſtri oculi vacuo è parte naſi, neuo fremebunt, ceù 73. fremet figura adulterio hominem inquinabit, atq; vitijs, ſi melatus, in manus incidet hoſtium, è quibus tamen citò exiet, ſi rubeus, proditores vitet, ſi niger, venena; ſi ad inſtar lentis, proprios agnatos. mulier multa mala deguſtabit, in iuuentute turpitudinem particulatim, ſe tamen cuſtodiat à canibus. hic neuus Mercurij eſt natura atque Saturni, tibijs cigni 3. magn. ſtellis rependitur.

De neuis intus dextris oculi albuginem. Cap. 18.



FIGVRA LXXIIII.

CVm in dextri oculi albugine, hominis, vel mulieris, neuus quieuerit ex parte temporis, quemadmodum in 74. quiescit figura, valde mulierum amatorem inuertit hominem. quòd si melatus, eius ob eas, sors vigebit, si rubeus ei tormenta profert, si niger, neuuaquã ipse moratus, sed turpibus moribus erit, horum aũt eminentiam neuorum, adhuc non obseruauimus, & qui sunt neui, albi sunt, & infortunia indicunt, mulierem verò cupidineo calore vehementer oppressam, si niger, procacis periclitaturam causa amoris, hic neuus est natura Martis, & Iouis, scorpionis cordi 2. magn. stellæ offertur.



FIGVRA LXXV.

SI in hominis vel mulieris oculi dextri albugine, ex parte nasi neuus demorabitur, vt in 75. demoratur figura, graui ac periculosæ, magno cum vitæ discrimine infirmitati, subdit hominem; si melatus, martialis erit infirmitas hæc, & cita curatione, si rubeus, capite laborabit, si niger, à stomacho originem trahent eius cunctæ malæ valetudines. mulierem autem discrimini partus, si niger, ex tali causa occumbere. hic neuus est natura Martis, & Mercurij, sinistro orionis tergo, 2. magnitudinis stellæ condenset.

De


De neuis intus sinistri oculi albugine. Cap. 19.




FIGVRA LXXVI.

CVm fuerit hominis, siuè fœminæ, sinistri oculi albugo, obsita neuo, vti 76. est obsita figura, homicidijs hominem insimulat; si melatus, vulneribus tantùm, si rubeus, cum nece, si niger, ex iustitia, huius causa rei intercidetur; & mulierem, luxuriosam ac inhonestam, quod si niger, ob eius turpitudines patietur. neuus hic est Martis natura, principio caudæ vrsæ secundæ magn. stellæ conglobatur.

Quan-





FIGVRA LXXVII.

QVando in hominis, aut mulieris, ſiniſtri oculi albugine neuus oborietur, ſicut in 77. eſt obortus figura, hominem, propriæ coniugis compellat eſſe cauſam mortis; ſi melatus, id leui de cauſa erit, ſi rubeus ex propria cauſa, ſi niger, lapſus ex alto, cum occaſus diſcrimine; mulierem verò libidine, & mariti quoq; cauſam eſſe necis, & ſi niger, itidem caſus cum vitæ periculo. hic neuus eſt natura Veneris, cigni caudæ 2. magnitudin. ſtellæ compar eſt.

De


De neuis ex dextera parti nasi. Cap. 20.



FIGVRA LXXVIII.

CVm ex hominis, vel mulieris, dextra nasi, desuper naribus neuus lucebit, sicuti in 78. lucet figura, cunctis in negotijs faustum comprobat hominẽ, si melatus, ex affinium hęreditate, si rubeus, vxoris, si niger, lites, & vulnera in dextra coxa præbet, siq; vt lens, iterum fœlicem. mulierem autem locupletem, ingeniosam, ac mariti bonorum satis tutricem, at si niger, suorum causa gentilium, iacturã, si vt lens, optimam ex viro fortunam; neuus est natura Veneris, atque Mercurij, cum lucida Coronæ primæ magnit. stella congruentiam habet.

Si



FIGVRA LXXIX.

SI inter na ſi, & faciei finem hominis, vel mulieris, ex parte dextra, neuus vigilauerit, velut in 79. vigilat figura, libidinoſum, & cum mulieribus fortunatum probat hominem, ſi melatus, fœlices nuptias, ſi rubeus, donationem, ſi niger, interceptionem, ſi vt lens, cunctis gratiſſimum, & ex mulieribus bona ſibi conflaturum; mulierem, item fauſtam, ac hominum cauſa fœlicem, ſi niger, libidinoſam. quare, ſuæ eſt maximopere conſulendum honeſtati. hic neuus eſt Iouis natura, atq; Martis, canis maioris ori, primæ magn, ſtellæ conceditur.

Homo,



FIGVRA LXXX.

HOmo, vel fœmina, inter nasum, & faciem, ex parte dextra, neuo contemeratus, veluti 80. est contemerata figura, salacitatis illum vehementer criminatur, quod si melatus, probitatis, si rubeus, intemperantiæ, si niger, sibi consulat, ne præ libidine lædatur; similiter, & mulierem, luxuriæ, & niger cum fuerit, honoris, ac gallici morbi periculum subibit. neuus hic, Saturni, Venerisq. est natura, sinistræ serpentarij palmæ, quartæ magnit. stellæ contexitur.

De neuis in sinistra parte nasi. *Cap.* 21.



FIGVRA LXXXI.

CVm ex nasi sinistra, ex præcise super naribus, homo, vel mulier neuum pertulerint, velut 81. perfert figura, inhonestum ac vitiosum affirmat esse hominem, & melatus cum sit, libidinosum, si rubeus, mæchatorem, si niger incestuosum, & in sinistra coxa sauciandum, si vt lens expositus, simplicem; mulierem verò pellicem, si niger, etiam incestuosam; hicuè neuus læthum vtriq; violentum defert, cuius quidem natura Veneris, Martisq; est, caudæ cigni secundæ magnit. stellæ congeritur.

Homo,



FIIGVRA LXXXII.

HOmo, vel fœmina, si in sinistra nasi, inter narium, & faciei terminum, neuo perfringentur, veluti 82. est perfricta figura, ob mulieres homini detrimentum conciliatur, si melatus, haud erit notabile, si rubeus, caueat illas, si niger, causa suarum ei consanguinearum euenient infortunia, sed si vt lens, eius demulcentur calamitates; mulier petulans decernitur, si niger, suorum rea malefactorum. neuus hic, Saturni, Veneris, & Mercurij est natura, leonis dorso secundæ magn. stellæ coniugatur.





FIGVRA LXXXIIII.

CVm inter nasum,& faciem homo,vel fœmina, fuerint neuo perfixi ex sinistra, ceu 83. est perfixa figura male moratus, ac luxuriæ datus homo præmonetur, si melatus neuus erit, moderatior & ipse, si rubeus, incorrigibilis, si niger, hostes insequentur illum, si ad instar lentis, profugus; mulier verò instabilis ac iterum errabunda, at si niger, scortum. hic neuus est natura Martis, cum vrsæ extremitate caudæ secundæ magnit. stella, pergit.

De neuis sub acumine nasi. Cap. 22.



FIGVRA LXXXIV.

HOmo, vel fœmina de sub nasi acumine, & propriè in medio neuo insculpti, æquè 84. insculpta est figura, sauciandus ipse profertur, si melatus, minimè lethaliter, sed circa brachia, pedes, & corporis extrema, si rubeus, circa corpus ipsum, si niger, cum vitæ periculo, si vt lens, morbum vitet in genitalibus, vel pudendis: mulieri tamen malum circa naturam. si niger, caueat ne à marito vulnere infligetur. hic neuus est natura Saturni, & Martis, dextræ corbi alæ tertiæ magnitud. stellæ congruit.



FIGVRA LXXXV.

SI in hominis, vel mulieris dextra parte nasi fuerit neuus aggeratus, modo tamẽ, quo ipsius sit particeps caui, vt puta in 85. est aggeratus figura, nõ lateat hominem, se vulneribus fore petendum, quæ si melatus, haud magni periculi erunt, si rubeus, id causa mulierum, si niger propriæ coniugis, ac tandem si vt lens, absque culpa; mulieri profecto luctus, atq; odia elargitur, si niger, plagas intentat. hic neuus est Martis, Mercurijq; natura, Hærculi tertiæ magnit. stellæ consciscitur.


Cum



FIGVRA LXXXVI.


CVm homini siuè mulieri inter nares, & nasi foramẽ, ex parte sinistra, neuus agnascetur, quemadmodum 86. est delibata figura, grauia illi discrimina, cum violentæ necis minis prætendit, quod si melatus, vulnerum tantummodo, si rubeus, vulnerum similiter, & vinculorum, si niger mortis, si vt lens, teter ipse erit; mulieri vero persecutiones, si niger, prodest ei, esse ratam, quoniam plagas affert nomenq; malum. talis neuus est natura Saturni, & Martis, draconis capiti, tertiæ magnit. stellæ conformis est.

De neuis in acumine nasi ex parte superna. Cap. 26



FIGVRA LXXXVII.

HOmo, uel mulier desuper acumine nasi, neuo implicatus, vt 87. est implicata figura, odia ac inimicitias cum vxore serit, & si melatus, magna ex parte iurgijs anxiabitur, si rubeus, hostilitatibus, si niger, homicidijs, si tanquam lens, præcipuus in suis erit artificijs; & fœminam inimicam esse viro, cui, quo nigrior neuus foret, eo erit ipsa infensior. neuus hic est Martis luneque natura, cum pleiadibus sequentibus, secundæ magnitudinis stellis congreditur.



FIGVRA LXXXVIII.

QVando in hominis, vel mulieris acumine nasi, ex parte sinistra neuus fuerit inuentus, vti in 88. inuenitur figura, ex coniuge, viro obueniet hæreditas, qui, si melatus, mediocris ipsa erit, si rubeus, opulentior, si niger, instabunt oppositiones, & fortunatior, si vt lens, homo dicetur; mulieri enim plurima, ob virum bona, si niger, iacturam suorum faciet bonorum, causa inimicorum. neuus Iouis est, Martisq. natura, cani maiori primæ magn. stellæ, oppangitur.

De-





FIGVRA LXXXIX.

DEsuper nasi acumine ex parte sinistra, homini vel mulieri dum neuus obtinget, sicut 89. obtingit figurę, notabiles illi calamitates notificat, si melatus, domesticos hostes, si rubeus, metipsi cognati erunt inimici, si niger, externorum iram caueat inimicorum, nam in dextra coxa, illi vulnus infligere conantur, & si ut lens, cunctis in rebus credulus probabitur, verum mulieri, angustias, atque curas, si niger, proba sit ac pudica, alioqui profusionem ei intentat sanguinis. hic neuus, Saturni, Venerisque natura est, medusæ capiti, secundæ magnit. stellæ consarcinatur.

De

De neuis in dextra parte oris. Cap. 24.



FIGVRA LXXXX.

HOmo, uel mulier ex dextra oris, neuo tunicatus, illud tamen attingent, ſicuti 90. eſt tunicata figura, magna ille, ex proprio ingenio fortunæ bonorum comparatione ditatur, ſi melatus, ſolertia, ac doctrina, ſi rubeus, fortuna cum principibus, ſi niger, ingenio magis, quam ſorte, ſi tanquam lens, fœlicitate maiore; mulier quoque magnis affluet opibus, vehementerq; adamabitur, verum ſi niger, obtrectabitur. neuus eſt Veneris Mercurijſque natura, fundo vaſis quartæ magnitudinis ſtellæ ſuppar eſt.

Cum


De neuis in sinistra oris. Cap. 25.



FIGVRA LXXXXI.

CVm fuerit homo vel mulier in sinistra oris neuo turpificatus, dummodo contingat illud, velut est 91. turpificata figura, spurijs donabitur ipse natis, qui quidem, si melato extiterit colore neuus, præcipua fortuna fruentur, si rubeo, hæreditate, si nigro, calamitate, si ad modum lentis, inertia, inualidoq; discursu; mulier itidem de se spurios gignet, & si niger neuus erit, damna supportabit, qui Saturni, Venerisque natura est & poli, stellæ tertiæ magn. subijcitur.

De neuis in medio superni labij. Cap. 26.



FIGVRA. LXXXXII.


CVm superni labij medium, hominis, vel mulieris, neuus vndauerit, veluti 92. figuram vndat, grauibus afflictionum discriminibus ipsum lacerat, è quibus, si melatus neuus erit, cum primum conualescet, si rubeus contineat se à coitu, si niger, genitalia corrodet, si vt lens, malos temperat influxus, mulierem autem assiduis circa inferas partes vexat affectionibus. est hic neuus natura Martis. & medio caudæ vrsæ secundæ magnitu. stellæ vniusmodi est.



FIGVRA LXXXXIII.


CVm homo, vel fœmina, in inferi labij medio neuum subuexerint, ceu 93. subuehit figura, longa est illum itinera fuscepturum indicium, quapropter noua semper visetora, si melatus, ex exteris facultates excipiet, si rubeus rem propriam dissipabit, si niger, erit inhonestus, si vtlens, bona sorte gaudebit, mulier imprudens sanè fiet. si niger, parum ad pudicitiam prona, quamobrē est ei cauendū ne ob id damna subeat; cæteris vero de neuis circa os emergentibus, in primo nostro libro, iā luculēter pertractauimus, idcirco in hoc sobrie cōmeamus, & hic Mart. & Merc. natura est, & sinistri orionis tergo 2. mag. stellæ subnectitur.

De neuis in medio menti. Cap. 28.



FIGVRA LXXXXIV.

HOmo, vel fœmina, cum fuerint in medio menti, hoc est in ipsa fossula, neuo suffecti, æque 94. est figura suffecta, nothi oborientur ei filij, qui, si melatus, aut rubeus neuus apparebit, sæcunda potientur sorte, modica vero si niger, & si tanquam lens, ingenio valde præstanti; mulier etiam similes parturiet gnatos, at si niger, ea vexabitur de causa. hic neuus, est natura Iouis, & Martis, alato equo secundæ magn. stellæ subiungitur.



FIGVRA LXXXXV.

CVm fuerint homo vel mulier desupter mento, vermiculati neuo, ita temen, quód vtriusque sit ipse neuus particeps partis, superne scilicet, & inferne, vt puta 95. est vermiculata figura, temerarium, ac molestum hominem decernit, si melato, strenuum, si rubeo, furentem. si nigro, homicidam, si vt lens, alicuius vulneratorem; mulierem .n. rixosam, si nigro, cuius piam causam esse mortis. hic neuus est natura Martis, minoris vrsæ dorso, secundæ magn. stellæ subiugatur.

De

De neuis in dextram menti cap. 29.



FIGVRA LXXXXVI.

CVm dextra menti hominis, vel mulieris, fuerit neuo contexta, superam tamen, ac inferam tangente partem, quemadmodum 96. est figura contexta, magni hominem educit theorematis, ac ingeiij, si melatus hæreditatem spondet, si rubeus, faustam fortunam, si niger, futurorum penetratorem, si vt lens, iterum felicem; mulierem similiter fortunatam, ac diuturna vita, licet quouis sit ipse colore, præter nigrum. neuus hic est Iouis, Martisque natura, & à corde leonis prima magn. stella pendet.

De neuis in sinistra menti. cap. 30.




FIGVRA LXXXXVII.

HOminis, vel mulieris menti sinistra, ex ipsius tamen parte, impiata neuo vt est 97. impiata figura, homicidijs obiurgat hominem, & cum vitæ discrimine profugientem, si melato, absoluetur, à noxa, si rubeo, sit cautus erga hostes, si nigro, erga iustitiam, si vt lens, erga proditiones; mulierem autem, ærũnis neceque obstringit, si nigro, aquarum periculis: hic neuus est Saturni, martisque natura, palmæ sinistræ serpentarij; quartæ magn. stellæ religatur.

Cum

De neuis in medio gutturis fontiuncula cap. 31.



FIGVRA LXXXXVIII.

CVm in medio gutturis fontiuncula, homo vel mulier fuerint neuo obliti, vti 98. est oblita figura, suspentionem, vel suffocationem homini prænotat, si melatus, infortunia hæc mulcebit, quæ, si rubeus, ex inimicis aduenient, si niger, ex iustitia, si vt lens, ex aquis; enimuero mulieri, graues in partu dolores, cuius causa, si niger, oppetet. neuus hic Saturni venerisque natura est, & medusæ capiti prime magn. stellæ astringitur.

De neuis in dextra gutturis, cap. 32.



FIGVRA LXXXXVIIII.

SI hominis, vel mulieris, gutturis dextra, fuerit oblimata neuo ſicut 99. eſt oblimata figura, colicis comprimit hominem doloribus, ſi melato, notis ægritudinibus, ſi rubeo, biloſum, ſi nigro breui vita, ſi vt lens, leuibus in fortunijs; mulierem vero vteri doloribus, ſi nigro, partus occaſu. hic neuus, eſt natura Saturni, naſo ceti tertiæ magn. ſtellæ deuincitur.

De neuis in sinistra iuguli cap. 33.



FIGVRA C.

IVguli sinistra, hominis vel mulieris, si neuo succubuerit, sicuti 100. figura succumbit, casus homini in sunt abequo, si melato, leues erunt, si rubeo, item ab equis lapsus, si nigro, ex alto cum v itæ discrimine, si ad instar lentis, exsigui collapsus erunt; mulieri autem, aquarum pericula, ac ex altis ruere locis, & eo magis, quo nigrior neuus erit qui, quidem Saturni martisque natura est serpenti tertiæ magn. stellæ compræhensus.

Hac



HAc in noſtra parte ſecunda, haud de alijs agimus neuis, quoniam de eis profueſe iam egimus in prima, & illas tantummodo ſtellas hic annotauimus, quæ in zodiaco reperiuntur, & proximiores illi, de cæteris verò, quæ extra ſunt, in pedum literis peragemus, vbi ad ſummum de eorum natura tractabimus.

FIXARUM ANNOTATIO STELLARUM tam Zodiaci signis, siue domibus, quam extra, subiacentium.

Arietis signo iacet.

Dexter Cæphei humerus.
Alati equi vmbelicus.
Ceti venter.
Eridiani lucida.
Andromedæ vmbelicus.

Tauri signo.

Pectus Cassiopeæ.
Ceti nasus.
Medusæ caput.
Dexter Præsei latus.
Pleiades præcedentes.
Pleiades sequentes.

Gemini signo.

Taurinus oculus.
Sinister Orionis pes.
Eiusdē sinister humerus
Capra.
Polus.
Dexter Orionis humerus.

Cancri signo.

Remus Australis.
Canis maior.
Antecedens Gemini caput.
Sequens eiusdem caput.
Canis minor.

Signo Leonis.

Præsepe.
Minoris dorsus Vrsæ.
Lucida hidræ.
Leonis ceruices.
Cor Leonis, siue regulus.

Virg. signo.

Vrsæ cauda.
Leonis dorsus.
Vrsæ medium caudæ.
Leonis cauda.
Fundum vasis.
Finis caudæ Vrsæ.

Libra

Libræ ſigno.

Dextra Corbi ala.
Siniſter Bootis humer.
Virginis ſpica.
Taurus.

Scorpionis ſigno.

Corona lucida.
Meridionalis lucida libræ.
Siniſtra ſerpentarÿ palma.

Sagittarij ſigno.

Scorpionis cor.
Hærculis caput.
Serpentarÿ caput.
Scorpionis cauda.
Draconis cauda.

Capricorni ſigno.

Libra.
Aquila volans.

Aquarij ſigno.

Capricorni cauda.
Aquæ extremitas.
Cigni cauda.

Signo Piſcis.

Cigni crura.
Humer Pagaſei.
Pagaſei Crus.
Ceti cauda.

De maculis in prima facie existentibus, & Zodiaci signis in ascendente existentis, in hominibus hoc signo [illegible] apparentibus.

De Arietis signo primo.

Hoc signum si in sua prima ascendens facie, cuius dominus est Mars, neuum daret homini ex dextera parte faciei, & mulieri [illegible] sinistra parte.

De Tauro.

Cùm Taurus [illegible] sua prima ascenderet facie, cuius dominus Mercurius est, ex sinistra capitis neuum habebit homo, & mulier sub occipite.

De

De neuis, in prima facie vniuscuiusq; Zodiaci signi in ascendente existentia, in hominibus siue fęminis apparentibus.

De Ariete signo primo.

Hoc signum si in sua prima ascenderet facie, cuius dominus est Mars, neuum daret homini ex dextera parte faciei, & mulieri desuper sinistro pede.

De Tauro.

Cùm Taurus, cum sua prima ascendet facie cuius dominus Mercurius est, ex sinistra capitis neuum habebit homo, & mulier, sub occipite.

De

De Gemini.

Cùm prima Gemini facies præerit homini, cuius dominus Iouis est vel in capite, vel in genis neuus emerget, & mulieri in vno brachio.

De Cancro.

Prima Cancri facies in ascendente, cuius dominus Venus est, vel in bracchijs neuum homini tribuit, vel dextro cruri, & mulieri in dextro brachio.

De Leone.

In prima Leonis facie, cuius dominus Saturnus est, homo si nascetur, in parte renum ei neuus aderit, & mulieri in pedibus.

De Virgine.

Virgo cum in prima sua ascenderit facie, cuius dominus est Sol, in scapulis siue lumbis neuum homo geret, & mulier in humeris.

De

De Libra.

In facie homo neuum gestabit, si Libra cùm prima facie conscendet, cuius dominus Luna est, & mulier similiter.

De Scorpione.

Homini si prima Scorpionis facie præfuerit, cuius dominus est Mar in brachio sinistro neuus exiliet & mulieri in dorso.

De Saggitario.

In prima Saggittarij facie, cuius dominus est Mercurius, nascenti homini in pectore neuus insurget, & in stomacho mulieri.

De Capricorno.

In brachijs neuus homini prodet cùm Capricorni prima facies erit in ascendente, cuius dominus Iouis est, & in facie mulieri, formosa tamen ac venusta specie.

De

De Aquario.

Aquarius in aſcendente, cuius dominus eſt Venus in pede ſiniſtro neuum homini parat, mulieri autem in pectore.

De Piſce.

Homo cum primam Piſcis faciem habebit in aſcendente in genis neuum quoq; habebit, itidem, & mulier ſed pulcra, ac eleganti aſpectu, cuius faciei Saturnus dominus eſt.

Attamen cupiens quis omnium Zodiaci facierum, quę quidem triginta ſex ſunt neuorum habere intelligentiam, tertium capiat noſtræ metopoſcopiæ librum.

Pro-

PROLOQVIVM.

TErtia hæc noſtra apparentium neuorum pars, quam modo (Deo fauente) profe-rimus, non niſi de non apparentium quã nobis tribuit notione, et eorum in humano corpore locali corriſpondentia, agit, cum ſuis peculiaribus ſignificatibus. Et vt maiorem leggentibus tradamus comitatem, minuſq; tædium, ac nobis ipſis per quam cautè erimus inceſſuri, viam aperiamus ſecundam, quam nuper edidimus partem, (primam ommittendo, veluti ſuperuacaneam, à qua ori ginem ipſa ſecũda trabit) noſtrum fundamentum ac Ducem adhibebimus, & à fronte principale membro vultus exordiendo inquimus, neuos in ea reſidẽtes, cum in pectore humeris, dorſo, ventre, mammis, & renibus morantibus reſponſum habere. Temporibus præſidentes, in lumbis, clunibus, coxiſq; inſidẽtibus, reſpondere. Auriculares, ventri, & ilibus. Emergentes in ciliorum deſcenſu feminibus, & verendis. Scaturientes in metipſis ciliis, ventri, vmbel co atq; lumbis. Emanantes in palpebris, inguinibus, pectini, & lumbis. in oculorũ vacuo orientes virgæ, & circa inguines. micantes in albugine oculorum, mammillis. coruſcantes in naſo, humeris, teſtibus pectori, & virgæ; os præpedientes, virgæ, & bracchiis labia incidentes, verendis, & genibus. mentum ſignantes, pedibus, cruribus, coxiſq; ; delineantes iugulum, coxis, & feminibus. & hæc neuorum corriſpondentia, ab integra cœleſti defluit imagine; de qua cum ſatis abundè peregimus in ſecunda, nihil in hac eſt parte reiterandum; dicimus tamen, neuorum ſcientiam, inter cæteras (de aſtronomicis loquendo) primum,

obtinere locum, vti ostensiuam, suo simplici aspectu, quantum boni, siuè mali, veletur in homine, idque omne ab influxibus deriuare cœlorum, ipsorum scilicet apparitionem, demonstrationem, ac rerum notitiam; & hoc, quod in nos cœlestia corpora habẽt, dominio probamus, à prædominatione, & conformitate, quas cum elementis tenent, contracto. Et quoniam sic stellæ, sicuè corpora nostra mixta sunt, ac elementari subaita naturæ, propterea & prædominatio causatur in nos & paritas humorum. Exempli gratia. Bilosus, ex natura calida, & sicca quam habet, igneo tribuitur elemento, ignis vero Marti, & soli. sanguineus, calidus, & humidus cum sit, aeri præficitur, aer autem Ioui, & Mercurio; pituitosus, ex habitudine frigida, & humida aquæ nectitur, aqua uerò Veneri, & Lunæ. Mœstus, ex frigida & sicca natura, terræ conglomeratur terra autem Saturno. Quare ex qua pollent cum elementis (vt diximus) mixtione simplices nostris corporibus influunt inclinationes, è quibus rerum dehinc produntur diuersitates, & illas præsertim, quas physicè in ipsorum perspicimus apparitione neuorum. At quoniam in prima nostra, & secunda huiusce parte materiæ inquimus, neuos in homine, vel fœmina apparentes, esse stellas fixas in tertia quoque hac astruimus ratione, aientes stellam fixam in tantum in nos proficere, in quantũ tribus in cœlesti figura sit collocata modis. Primo, vt sit in vno angulorum. Secundo cum Planetis. Tertio denique vt aliquis ex quinque leggialibus, in illam directionem meet. cuius firmitate rei plures in pueritia animaduertimus pueros pluribus fuisse neuis signatos, qui quippe euanuerunt postea in iuuentute; quod contra euenit aliis ætate prouictis, quibus nedùm insurrexerunt

neui,

neui, & minimè euanuerũt. verùm & steterunt vsq; in finem, quos quidem diuersos effectus, geminis inuenimus accidere de causis Primo, quia in cardinem illum, in quo sui tempore ortus fixa stella aderat, potentior illa leggialis superuenit, talesque effecit euanescere neuos. Secundo, quod corpore in eam commeet in coniunctionem, & sic in adultis illos faciat præfulgere permansuros, quod nimirum clarissimũ est, nam semper in minus præualet lumen maius; cum quædam sit directio, de loco ad locum redigendæ sferæ (licèt tempore) artificiosa mensura vnde & tempore quoq; similes in nostris dehinc effluunt neui corporibus. Huisque tertiam associamus causam, quam tempore sanè, & obseruatione tanquã nostris præceptoribus didicimus, qui suis profectò loco, & tempore istiusmodi scientiæ fructus dedere maturos, quæ planè metipsa est experientia; scilicet, cum à suæ principio natiuitatis secum homo neuos non trahit, haud ei alio postea tempore oriuntur, quã in annis climactericis. & illi potissimum qui omnino minosi dicuntur atq; damnosi. Hiuè climacterici ex duplici quoque ratione formantur. Primo, quia in cuiusque fine septennarij, Saturnus planeta reperitur dominator; de cæteris verò huic septennio annis intermedijs ex quo eorum quilibet propriũ habet prædominantem planetam veluti alibi annuimus, non hic aliam facimus mentionem; dicimus tamen diuturniorem hominis ætatem centum viginti non preterire numerum annorum in decem, & septem diuisorum climactericorum ac Saturnomet præscriptorum, sicco, & frigido planetæ, natura terræ, humanæ naturæ, ac cunctorum aliorum præterquam Veneris planetarum capitalissimo inimico; & proinde longe ipsi conscribuntur affectiones, carcerationes, exilia,

veneficia, persecutiones, odia, litigia timores, pusillanimitates, inopiæ, moræ & postremò mors. idque aduenit, cum ipse distet à Sole, & ab humidis terræ vaporibus Secundo demum, quia hi anni climacterici, ex aspectibus quos horoscopus siue ascendens, cũ cœlestis figuræ domibus facit, exiliunt & sicuti in septennijs istis, aliquam ex ipsis domibus reperitur ipse respiciens, sic & in humana corpora, causantur influentia, quæ reuera portenta sunt, atq; neuorum apparitio. Ait Ptolomeus cum hominis vita fuerit obseruanda, ascendentẽ vitæ datorem fore inspiciendum; nam vt ipse inquit in tabulis perfectionũ, quæ fiunt geniturarum, integro anno quoad nos in vnoquoque Zodiaci signo moratur. v.g. in primo septẽnio septimam horoscopus aspicit oppositione, & primum statuit climactericum admodum pueris discriminosum. In secundo, qui quartusdecimus est annus, octauam respicit oppositione domum quę mortis est, item in pueritia, periculosa. In tertio, qui vigesimus primus est annus, sextam Zodiaci, quæ infirmitatis, ac seruorum est, inspicit domum in qua persecutiones, sanguinis ebullitionem tradit, atq; rixas & in adolescentia i e um incommoda. In quarto, qui vigesimus est octauus annus, omnes de quadrato spectat angulos, primum vt q; angulũ pro vita ad quartam qui stabilium populationem decernit bonorum patris, ac rerum omnium proprium patrimoniũ stabilientium; secundus angulus est prima de oppositione ad septimam qui occultos enunciat hostes, atq; vxoris insectationem; tertius angulus ipsa est prima, quæ de quadrato decimam perspicit, & dignitates aufert & Regum persecutiones prętendit ac magistratuum, idue accidit, quando in quarto hoc climacterico neui egrediuntur; quartus & postremus

angu-

angulus est, qui cæteros tres angulos per semetipsũ, malefico intuetur aspectu & vitæ semper discrimen infert. In quinto climacterico, qui trigesimus est & quintus annus sextam infirmitatis horoscopus prospicit domum. In sexto nonam de quadrato, & duodecimam introspicit oppositione, quæ diuturnitatis, & hostium sunt domus quamobrem sine regressu itinera, & inimicos ei carcerationes parantes, inque illis obire minatur, si eo tempore neui nascerentur. In septimo in proprium remeat horoscopus ipse locũ & nullo respiciens tres principales domos aspectu, sextam scilicet octauam, & duodecimam, quæ ægritudinis, mortis, & carcerum sunt domus, periculosissimus inter cæteros efficitur climactericos. In octauo corpore ad octauam progreditur, ascendens, quæ mortis, vt diximus domus est, ac itidem periculosissimus. In nono, ad sextam de quadrato oppositione ad nonam, & de quadrato ad duodecimam migrat, & superiores producit effectus. In decimo, oppositione graditur ad quartam, in qua stabilium deuelat amissionem, de quadrato ad nonam, afflictiones excitat, atq; persecutiones, & ad septimam denique de quadrato, occultos inimicos, ac coniugis diuortium spondet. In vndecimo, ad duodecimam de quadrato, oppositione ad vndecimam, & ad octauam pergit de quadrato, in quibus familiares prodit hostes, mortis discrimen, atque carcerationem. In duodecimo, ad oppositum sextæ transit & affectiones, fugam, ac seruorum profert dilapidationem. In decimotertio, ad ipsius se confert oppositum ascendentis ad quadratum medij cœli, & ad quadratum iterum imicœli, vxoris deferens mortem, bonorum dissipationem, ac infortunia. In decimoquarto, ad octauæ transmeat oppositum, quæ cum mortis sit domus, periculosissi-

ma

ma est vitæ. In decimoquinto, ad duodecimæ tendit quadratum, ac itidem quadratum sextæ, vbi domesticos arcessit hostes, ac seruorum persecutiones. In decimosexto ad proprium reuertit quadratum, & ad medij cœli oppositū, in quibus vitam eximit, dignitatibusque denudat. In decimoseptimo, octauæ petit quadratum & sic maiorem terminat diuturnitatem annorū, ad quos pertingere homo queit. Et ecce huius desiderosis materiæ ostium apertum, vt sciant, quomodo quouè tēpore fortunati neui in nostris corporibus apparentes & nasci, & euanescere valeant, & quid climacterici anni sint, & à quo prædominati. At quoniā in ipsorum quolibet, prima domus semper maleuolos exantlat aspectus, atque damnosos, est propterea necessè, vt, vel aliquod sinistrum accidens parturiant, quod fœlicissimum inuehunt fortunati, ex quo Iouis natura sunt, & in trinis, ac sestilibus modo luminarium, medij cœli modo, modouè partis fortunæ elucescunt, in quibus horoscopus non malos domorum, vt in climactericis recipit aspectus, de quibus, cum in alijs nostrorum laborum locis, quam palam exponendorum pertractamus de eis in nostra hac præfatione, cui hic finem imponimus, non aliud dicemus.



DE

DE NEVORUM TRACTATV ex dextera parte frontis. Cap. 1.

FIGVRA I.

QVIS, cum in dextera parte frontis, ſub Saturni linea neuum habuerit, qui tamen non ipſam tangat, vt in prima annotatur figura, alium habebit in dextera parte pectoris corriſpondentem, & magnam homini, & in patria & extra, fortunam, vendicantem, ingenioſus præterea erit, & in connubijs, ſic & in bellis, & ædificijs fortunatus. Mulieri autẽ grandem ex mortuis ſpondet hæreditatem. Hic neuus eſt Martis, Veneris, Mercurijq; natura, & liræ primæ magnitud. ſtellæ imponitur.

FIGVRA II.

SI quis in dextra parte frontis ſub Iouis linea neuum non eam tangentem tenebit nec martialem, vti ſecunda præſcribit figura, ſimilem in dextro geſtabit latere, qui bonam homini in coniugijs ſortunam indicat, vitamq; longam, ac in cunctis eximijs rebus eſſe ſecundum mulierem verò prçſtantiſſimi ingenij; in acquirendis opibus fortunatam, ac

ac etiam in contrahendis matrimonijs, & bona quoque inopinata possidendo. neuus hic & Veneris, & Martis natura cigno astruitur stellæ secundæ magn.

FIGVRA III.

QVem in dextra frontis parte sub Martis linea neuo natura signauerit, sicut in tertia videtur figura, consimili in dextro armo illum ornabit,& à proprijs propinquis hæreditate donabit,ac in coaceruandis diuitijs, fortunæq; bonis,commoda sorte. mulieri,causa mariti,bona,cum fortuna optima pollicetur; hic neuus est natura Iouis, Venerisq;, & cum flumine aggregatur,primę magn. stella.

FIGVRA IV.

SI neuus sub solis linea fuerit positus ex dextra parte frontis alicuius, sicuti in quarta inspicitur figura, retro in dorso alius aderit,qui hæreditatem,ac bona homini causa feudorum, & territorij spondet, & mulieri similiter hæreditatem ex mortuis,ac fortunæ bonorum affluentiam; neuus hic est natura Iouis, & Martis, & regulo, siue cordi leonis addicitur,primæ magn.stellæ.

FI-

FIGVRA V.

IN cuiuſpiam frontis parte dextra ſub Veneris linea neuus cum inſurrexerit, veluti quinta prædocet figura, inſurget, & alter in dextera parte ventris, ac bonum homini cõmunicabit ingeniũ,& ex amicis opes, & ſummatim à dominis externis, licèt crapulatorem,atque libidinoſum illum fore minitet mulieri, bona; ſed breuem vitam, & inimicorum perſecutionem; neuus hic eſt natura Saturni, & Veneris; Caſſiopeæ iungitur ſtellæ tertiæ magn.

FIGVRA VI.

CVm quempiam ſub Mercurij liuea in dextera frontis parte neuus decorauerit, veluti 6. dicit figura, alius dexteram decorabit mammillam, & honoribus, ac dignitatibus efferet illum,mulierem verò ingenio, commodauè fortuna,nec vnquam pauperem. Hiſce neuus Mercurij, & Iouis eſt natura, capræ æquatur ſtellæ primæ magn.



FIGVRA VII.

QVi neuo in dextera frõtis ſub Lunæ linea potitus fuerit, ceù 7. edicit figura, alio in vmbelico quoque potietur, qui in negotijs, & mercaturis præcipuè bonam homini prædicit fortunam, officia, atque dignitates, attamen crapulatorem, ac ſatis fore luxurioſum. Mulierẽ in matrimonijs, & extra magis quàm in patria ſecundam facit. Hic neuus eſt Iouis, & Martis natura, canis maior dictus, ſtella primæ magn.

De neuis ex parte ſiniſtra frontis. C.

FIGVRA VIII.

SI in alicuius ſiniſtra frontis ſub Saturni linea, neuus iacuerit, quemadmodum in 8. iacet figura, in ſiniſtro tergo iacebit, & alter, litigia, homini, vexationes, inimicoſque propriæ cauſa rei protendens, carceres quoq; anguſtias, ac ſimilia. Mulieri autem acerbitates, duoſq; maritos. Hic neuus Sarurni eſt, Iouis, ac Mercurij natura, Capricorni cauda vocatus, tertiæ magn. ſtella.

FIGVRA IX.

CVm in cuiuſpiam ſiniſtra frontis, ſub Iouis linea neuus reſederit, vt in 9. reſidet figura, in ſiniſtra ſtomachi alius reſidebit, qui & hominem varijs dedecorabit malefactis, fortuna ſpoliabit, breuiq; vita conſtituet, mulierem etiam impudicam, & parum caſtam, volubilem tamen, & in ſuis actionibus inconſtantē; hic neuus eſt natura Veneris, & Martis, cigni caudæ affirmatur, ſtellæ ſecundæ magn.

FIGVRA X.

CVicunque neuus exiliuerit, in ſiniſtra parte frontis ſub linea Martis, vti in 10. exilit figura, alius idem exiliet in armo ſiniſtro, & diuturnam homini ægritudinem minitatur, iacula, atque calamitates. Mulieri morbum gallicum, & à proprijs vulnerandæ propinquis. Hic neuus eſt natura ſaturni, & cuidam ſtellę in ventre ceti ſignatę tertiæ magn. aſſimilatur.



FIGVRA XI.

CVm in ſiniſtra parte frontis ſub Solis linea, neuus alicui prodierit, ſicut 11. prodit figura, in ſiniſtra parte pectoris prodiet quoque alius, varias diuerſaſq; homini ſpondens afflictiones, ac in cunctis actionibus ſuis in fortunia, & poſtremò miſerè ſecedere vita. Mulieri infœlicitates, atque miſerias. Martis, & Lunæ hic neuus eſt natura, præſepis nubiloſæ tertiæ magn. ſtellæ vniformatur.

FIGVRA XII.

NAſcens neuus in ſiniſtra frontis alicuius, ſub Veneris linea, ſicuti in 12. ſpeculatur figura ex ſiniſtra humeri parte alter naſcetur, qui hominem culpabit infamia, & ſummatim cauſa mulierum, ac etiam cum eiſdẽ, & amicis fortuna nudatum. Mulierem verò haud bona eſſe natura, in iuuentute ſcortum, & maturis annis lęnam. Is neuus eſt Martis Lunęq; natura, pleiadibus primæ magn. ſtellis fertur.



FIGVRA XIII.

QVemcunque in ſiniſtra frontis ſub Mercurij linea neuus concutiet, vt in 13. dignoſcitur figura, ſiniſtrum latus concutiet; alter, & hominem in cũctis facit operationibus infœlicẽ, inopem, ac varijs refertum fallacijs. Mulierem dein callidam, ſed in honore periculoſam, ſatiſq; verboſam. Neuus hic eſt natura Martis, & Mercurij, orionis humero, ſtellæ ſecundæ magn. innixus.

FIGVRA XIV.

QVIſquis ſub Lunæ linea in ſiniſtra frontis neuo tactus vti 14. eloquitur figura ex ſiniſtra ventris iuxta vmbelicum tangetur ab alio, anguſtias homini, & acerbitates innuente, cui propterea à lõgis cauendũ eſt intineribus, ac mala quoque coniuge. Mulierem verò parum eſſe perfectionis, ſed temerariam, atq; adulteram; hiſce neuus eſt Mercurij Martiſq; natura, cani minori primæ magn. ſtellæ nectitur.



De neuis in medio frontis. Cap.3.

FIGVRA XV.

QVispiam in medio frontis, & propriè dè sub Saturni linea medio obſignatus neuo, ſicut 15. figura ſignat, in medio ſtomachi obſignabitur ab alio; qui cauſa mulierum infortunia paſſurum hominem ſanè prædocet, luxurioſum præterea, meſtum, atq; cogitabundum; luxurioſam quoque mulierem, cuius rei cauſa etiam patietur; hic neuus eſt natura Martis, & Iouis, aquilæ volanti ſecundæ magn. ſtellæ conglutinatur.

FIGVRA XVI.

QVisquis ſub Iouis linea in medio frontis neuo turbatus, ſicuti 16. terminat figura in medio pectoris turbabitur à ſimili, qui & homini breuem affert vitam, & intellectus organis penè facit diminutum; & mulierem ſimplicem, ſatis ineptam, atque ſocordem; neuus hic eſt Martis Mercurijq; natura, Herculi, tertiæ magn. ſtellæ connectitur.



Cum

FIGVRA XVII.

CVm alicui, in medio frontis ſub linea Martis neuus reſederit, velut in ipſa 17. reſidet figura, in ſiniſtra ventris reſidebit, & alius, eliciens hominem homicidam, & mulierem inſtabilem, inquietam, atq; ſuperbam, hic neuus eſt natura Iouis, & Martis, equo alato ſecundæ magn. ſtellæ ſociatur.

FIGVRA XVIII.

SI quis in medio frontis ſub Solis linea fuerit neuo inquinatus veluti 18. eſt inquinata figura, in medio ventris inquinabitur ab ęquali, qui fortem nimirum enunciat hominem, magnæ vocis, bonum oratorem, luxurioſum tamen, atque crapulatorem mulierē iterum libidini datam, ſuęq; honeſtati parum proſpicientem; hic neuus Saturni, Veneriſq; natura eſt, cum hidra migrat, ſecundæ magn. ſtella.



FIGVRA XIX.

IN medio frontis, ſub Veneris linea cum, quis fuerit fœdatus, ceù ex 19. elicitur figura, in medio pectoris ab altero fœdabitur, diſcrimina curaſq; tùm mulierum, tùm afflictionũ, carcerumuè cauſa homini cauſſante; & gallicum in natura morbum, vlceraq; per perſonam mulieri. Eſt hic neuus Saturni Veneriſque natura, cum præſco ſecundæ magn. ſtella meat.

FIGVRA XX.

SVb Mercurij linea, in medio frontis cum neuus alicui ſcatuerit, quemadmodum in 20. colligitur figura, ſcatebit, & alius ſubter pectus, hominem indicens eſſe ingenioſum, ſatiſq; facetiarum tumentem, ſed exortẽ fortunæ bonorum, mulieri autem acerbitates, ac infortunia. Hic neuus eſt natura Martis, & Mercurij, oculum Tauri alterabam dictum proſequitur ſtellam primæ magn.



Sub

FIGVRA XXI.

SVb Lunæ linea in medio frontis, aliquis cum fuerit à neuo morſus, ceù 21. mordet figura, circa pudēda mordebitur ab alio, malefacta quamplura, præſertim luxuriẹ cauſa, hominem commiſſurum deſignante, morboq; gallico laboraturū, ac inſanabili afflictatione. Mulieri ſimiliter gallicum morbum, vitamq; breuem. Hic neuus eſt natura Martis, antecedenti capiti Gemini, ſecundæ magn. ſtellæ æquatur.

De neuis in fine linearum ex dextera frontis. Cap. 4.

FIGVRA XXII.

ALicui cum neuus apparuerit in fine Saturni lineæ ex dextera frontis, quemadmodum in 22. apparet figura, alius conformis apparebit in coxis ex dextera parte, exaltationes, ac honores indicens homini; mulierē autem fore fortunatā, & perſpicaci floridoq; ingenio; eſt natura Veneris hic neuus, & Mercurij, & cum Libra primæ magn. ſtella deambulat.

FIGVRA XXIII.

SI in fine Iouis lineæ ex parte dextera, quis fuerit neuo indutus, vt 23. testatur figura, alio super coxis induetur consimili, bonam homini tribuens fortunam, ac dominorum subsidium, & in religione, & in sęculo magni fiet. Notabile verò mulieri matrimonium. Hic neuus est natura Martis, & Iouis, Scorpionis cor secundæ magn. stellam complectitur.

FIGVRA XXIV.

CVm in fine Martis lineæ ex dextera parte quipiam fuerit neuo decoratus, vti 24. palam facit figura, sub dextri armi musculo, decorabitur altero, bonam homini deferēte fortunam, qui alicuius affinis, cum minus excogitat, hæreditatem capiet. Mulieri itidē sic patris, sic & mariti causa hæreditatem offert. Hic neuus Saturni est natura, atque Veneris, cum hidræ lucida, secundæ magn. stella, graditur.



FIGVRA XXV.

EX dextera parte finis lineæ Solis, quiſpiam neuo præditus ſicut 25. notum facit figura; alio ſupra renibus in dextra ornabitur vniformi, itinera homini cum diuitijs prædicente, & quo magis erga coſtas, eo magis & ipſe fauſtus, & mulieri ex itineribus bona, vel cauſa patris, vel viri. Hic neuus eſt natura Iouis, & Martis, cordi Leonis primæ magnitud. ſtellæ admittitur.

FIGVRA XXVI.

CVm aliquis in dextera frontis, & fine lineæ Veneris neuo polluerit, vti 26. ſtatuit figura, altero ex dextera in fine vteri pollebit, qui cauſa mulierum bonam homini fortunam concipit, & potiſſimè vxoris; & mulieri cauſa viri, ac donationis. Neuus hic eſt natura Saturni, & Veneris, pectori Caſſiopeę tertiæ magn. ſtellæ conditur.



FIGVRA XXVII.

IN fine Mercurij lineæ, velut 27. figura baiulat, si quis neuo perfungitur, perfungetur & alio de sub mammilla dextera magis erga latera, bonum homini elargiente ingenium, studium, atq; doctrinam, ex quo ad sublimia efferetur, semper tamen excepta sui conditione ortus. Idipsum mulieri ingenium, fœlicemq; fortunam in suis operibus. Neuus iste, est Mercurij Iouisq; natura, capram imitatur, stellam primæ magn.

FIGVRA XXVIII.

QVicunque in fine Lunæ lineæ cum fuerit neuo concinnus, ex parte dextera, veluti 28. condit figura, & vmbellici dextera, latera versus cõcinnabitur alio, qui profectò faustum, & in patria, remotisq; regionibus acclamat hominem, necnon à dominis mulieribusq; amore summopere prosecutum, & in coniugijs mulierem esse fœlicem, ac plurima vita. Iste neuus Iouis, & Martis est natura, maiorem canem primæ magn. stellam sectatur.



De neuis in fine linearum ex parte ſiniſtra frontis. Cap.5.

FIGVRA XXIX.

QVipiam neuo anxius in fine Saturni lineæ ex parte ſiniſtra ceù 29. figura concrepat, angetur,& altero in dorſo ſiniſtro reſpondente, & iacturam homini, ac acerbitates propriæ cauſa rei adiudicante, mulieri quoque curas confuſioneſquè cauſa mariti, ac miſerandam vtriſque vitam; hic neuus eſt natura Saturni, Iouis, & Mercurij, cum Capricorni cauda tertiæ magn. ſtella concurrit.

FIGVRA XXX.

INceſſitus quiuis neuo in fine Iouis lineæ ex parte ſiniſtra, vt ipſa 30. inceſſit figura, ex pectoris ſiniſtra inferiori parte, inceſſetur ab alio, qui vita ſanè breui incilat hominem, ac circa honorem, opemque læſum, mulierem autem infamię, idcircò eſt ei neceſſe vt ſit honeſta, ametq; honorem. Neuus hic eſt natura Martis, & Iouis, pagaſei cruri ſecundæ magn. ſtellæ famulatur.

Quicun-

FIGVRA XXXI.

QVicunque neuo tetratus in fine Martis lineæ, ex parte ſiniſtra, vt 31. eſt tetrata figura, ab alio tetrabitur in dorſo ſiniſtro, qui, ob litigia, bonorum defert homini iacturam, & mulierem parum in coniugijs eſſe fortunatam, inopem quoque, ac ærumnis repletam. Hic neuus eſt natura Veneris, & Martis, caudæ cigni, ſecundæ magn. ſtellæ aſſentit.

FIGVRA XXXII.

QViſquis in fine Solis lineæ ex parte ſiniſtra neuo temeratus, vti 32. eſt temerata figura, ſub humero ſiniſtro ab altero temerabitur, iacturam homini ex terrarum locationibus, dominorumq; præſertim negocijs comminitante, & mulieri modicam fortunam, quæ, & odio habebitur, & paupera erit. Neuus hic eſt natura Saturni, & Martis, ſerpentarij capiti tertiæ magnitud. ſtellæ adoptatur.



Cum

FIGVRA XXXIII.

CVm quiſpiam in ſine Veneris lineæ, ex parte ſiniſtra fuerit obtenebratus neuo, ſicut 33. obtenebratur figura, ab ſimili in ſiniſtra ventris obtenebrabitur, qui hominem amicorum cauſa, enunciat infœlicem,& confuſiones, anguſtias, ac infortunia minitat. Mulierem, diuturnam, ac peſſimam ſubire afflictionem, parumq; cum viro fortunatam. Neuus iſte,eſt natura Martis, & vrſæ maioris dorſo ſecundæ magn.ſtellæ conſtituitur.

FIGVRA XXXIV.

QValiſcunq; ex parte ſiniſtra ih fine Mercurij lineæ neuo velatus, ſicuti 34. eſt velata figura, velabitur ab eodem in ſiniſtra mammilla, magis erga coſtas, qui boni ingenij prædiſcit eſſe hominem, modicæ tamen fortunæ, ſed ſuæ (ne cadat) proſpiciat honeſtati; mulier verò in crimen veniet falſitatis, & vitio dabitur ob non geſta, hic neuus eſt natura Saturni, & Mercurij, alæ deſtræ corbi, terciæ magn.ſtellæ paratur.



FIGVRA XXXV.

QVilibet in fine Lunæ lineæ ex pte sinistra neuo obumbratus, velut 35 obumbrat figura, ex sinistra ventis inter vmbelicum, & latera obumbrabitur b alio, hominem in cunctis infaustum resignate negotijs, & mulierem malum possidere maritū, vitamque breuem; neuus hic est natura Martis, capiti sequenti Gemini secund magn, stellæ innititur.

De neuis ex tempore dextero exilienbus, & eorum corrtspondentia. Cap.

FIGVRA XXXVI.

QVem neuus pictabit in tempor dextro ex parte superiori veluti est 36 pictata figura, alius ventrem pictabit in fine, ex dextra parte, qui hominē per quāx proprio ingenio fortunatum decernit, & otissimè mercibus; mulierem verò honestam, ac viri tutricem bonorum, ingeniosam preterea, perfectæq; capacitatis. Neuus hic Iouis Venerisq; natura est, cum lucida fluminis primæ magn. stella progreditur.

Si

FIGVRA XXXVII.

SI quempiam perornauerit neuus in dextero tempore à parte superiore, magis erga cilium quàm capillos, quemadmodum est perornata 37. figura, alter similis dextrũ lumbum perornabit, & nates, ac faustam in negocijs homini prædicit fortunam, & ex pau pere diuitem futurum; mulierem autem castam, & bonis, ac realibus moribus ornatam, fortunatamq; potissimum; hic neuus est natura Iouis, & Saturni, tergo dextero cæsei tertiæ magn. stellæ designatur.

FIGVRA XXXVIII.

SI quis in tempore dextero iuxta oculum, & propriè in medio, neuum habebit, ceù 38. habet figura, alium habebit in dextera natium, afferentem homini officia, ac dignitates, quare fortunæ potietur bonis, & mulierem fore industriam, ac fortunatã. Hic neuus est Iouis Martisq; natura, & dicitur vmbellicus equi alati, tertiæ magn. stellæ.




FIGVRA XXXIX.

CVm quis in dextero tẽpore, ex inferiore parte, magis erga collũ, fuerit neuo illustratus, ſicut 39. eſt illuſtrata figura, ab alio retrò coxam dexteram illuſtrabitur, qui hominem non vulgari dandum dignitate recenſet, quapropter tum fama, tumuè honore extolletur, mulierem optimis eſſe præditam inſtitutis, modeſtam, veneratam, ac probam, diuturnaq; vita. Hic neuus eſt natura Mercurij, & Iouis, & capra nominatur ſtella primæ magn.

FIGVRA XL.

ALiquis in tempore dextero, ex parte inferiori magis erga oculum neuo elucidatus, ſicuti 40. elucidat figura, ab altero ſubter dexteras nates elucidabitur, qui nimirum itinera profert homini, quẽ vafrum fauſtumq; reddit, & maxime in contrahendis matrimonijs, mulierem quoque fœlicem in connubijs, caſtam inſuper ac longa vita; hic neuus eſt Mercurij Iouiſq; natura, & capræ iterum primæ magn. ſtellæ exhibetur.



De

De neuis in sinistro tempore, & de eorum corrispondentia. Cap. 7.

FIGVRA XLI.

QVilibet in sinistro tempore, & superiore parte erga capillos neuo cõtactus, vt 41. est cõtacta figura contegetur ab alio sub lumbo sinistro, qui casum periculosissimũ comminitat homini, ac præfocationem in aquas, & mulierì itidem casus, grauesq; morbos. Hic neuus est natura Saturni, ventri ceti tertiæ magn. stellæ affirmatur.

FIGVRA XLII.

QVemcumque in tempore sinistro, magis erga cilium neuus perterruerit, vti 42. figura perterret, sinistras nates desuper alter perterrebit, morboq; gallico, insanabilibusq; hominem renunciat laborare ęgritudinibus; mlierem item ipso gallico obire morbo, similibusq; afflictionibus; Martis, ac Lunæ est hic neuus natura, pleiadibus quintæ magn. stellis fertur.



FIGVRA XLIII.

QVilibet cũ fuerit in finiſtro tẽpore erga oculũ neuo labefactatus, vt 43. eſt labefactata figura ipſis finiſtris in natibus ab alio ſimili labefactabitur, qui ſubmerſiones in aquas homini ſtatuit, & matricales mulieri morbos, ac vtrique, viro ſcilicet, & fœminæ in gignendo ſterilitatem; neuus hic eſt natura ſaturni, naſum ceti, tertiæ magn. ſtellam ſectatur.

FIGVRA XLIV.

QVifquis neuo ſtratus in tempore finiſtro ex parte inferiori magis erga capillos, velut 44. recludit figura, finiſtram retrò coxam ſternetur à conſimili, qui vlcera in hominem excitat, carcereſq; minatur, ac ſuorum cauſa malefactorum iuſtitiæ luere pœnas, itidem mulieri plagas, incurabile malum, breuemq; vitam. Saturni natura eſt hic neuus, capiti ſequenti Gemini ſecundæ magn. ſtellæ conſtituitur.



FIGVRA XLV.

QVis neuo contusus in sinistro tempore ex inferiori parte, veluti 45. tradit figura, desub sinistris natibus contundetur ab alio, malam homini sortem in coniungijs annunciante, ac hostium insectationes, similiter muliri, infausta connubia, subitumque occasum. Hic neuus est natura Martis, & Lunæ, nubilosæ præsepis secundæ magn. stellę adscitur.

De neuis in aure dextera considentibus, & eorum corrispondentia. Cap.8.

FIGVRA XLVI.

SI, cuiuspiam auris dextera fuerit vestita neuo, ex parte superiori, ceù est 46. vestita figura, alio simili vestietur venter ex parte dextera, idque significat ictus capitis hominem subiturum, ac infœliciter sauciandũ, mulieri verò pericula lapsuum, vel saxa in capite labi. Is neuus est natura Martis, extremitati caudæ vrsæ secundæ magn. stellæ traditur,



FIGVRA XLVII.

CVm aliquis in medio auris dexteræ ex esterna parte, fuerit neuo pessundatus, quemadmodum 47. est pessundata figura in dextrum latus pessundabitur ab alio, qui hominem à suis lædendum inimicis interminatur, & mulierem ab ipsis officiendam propinquis; hic neuus est natura Saturni, & Martis, dexteræ alæ corbi tertiæ magn. stellæ consociatur.

FIGVRA XLVIII.

QVicumque fuerit in aure dextera, ex inferiori parte neuo depręssus, vt est 48. depressa figura, desub dextero latere depremetur ab alio, ex altis hominem ruere locis designante, ab equis, & in aquas; id ipsum mulieri, & amplius alicuius membri fracturam. Neuus hic est natura Martis, & illi committitur, quæ principio caudæ vrsæ, secundæ magn. stellæ assentit.



De neuis in aure ſiniſtra, & eorum corriſpondentia. Cap. 9.

FIGVRA XLIX.

SI quis fuerit neuo conciſus in aure ſiniſtra, ex ſuperiori, & externa parte, vti eſt 49. figura conciſa, ab altero in ſiniſtra ventris concidetur, qui quippè inimicorum homini perſecutionẽ aſſerit, & cum idipſo fuerint, hi neui colore, damna ei ex ipſis immineré, mulieri item ſolicitudines, & pericula, ac malè ſentietur de ea; hic neuus, eſt Saturni Martiſq; natura, Leonis ceruici ſecundæ magn. ſtellæ præmittitur.

FIGVRA L.

QVispiam ſi fuerit in auris ſiniſtræ medio confractus neuo, ſicut 50. eſt confracta figura, in ſiniſtro latere, ex parte inferiori, confrangetur ab alio, qui ex ſiniſtra corporis malè afficiendum luſtrat hominem, ac turpium enormiumque vitiorum; pericula mulieri, & inter cętera violẽter necari; neuus hic eſt Martis mercurijq; natura, & cum capite Herculis tertiæ magn. ſtella vadit.

FIGVRA LI.

CVm aliquis in aure ſiniſtra ex parte inferiori fuerit neuo laceſſitus, ſicuti 51. eſt laceſſita figura, deſub ſiniſtro latere laceſſetur ab alio, qui percuſſorem, & homicidam efflagitat hominē, & mulierem forè cauſam, vt quis ſaucietur, vel moriatur. Monentes tamen, neuos omnes in auribus apparentes eſſe periculoſiſſimos, & armorū, & ignis, & ſignanter eos in ſiniſtra aure poſitos, dictuſq; neuus ſiniſtri latus eſt Saturni Martiſq; natura, draconi tertiæ magn. ſtellæ obſignatur.

De neuis in cilij dexteri deſcenſu. Cap. 10.

FIGVRA LII.

CVipiam cum in dextri cilij deſcenſu adfuerit neuus inter oculi vacuum, & naſi principium, ceù in 52. adeſt figura, alter aderit in dextera pectinis, opes, ac dominorum gratiam auſpicans homini, & mulierem ſuo viro fidelem, ingenio præditam, ac bonæ indaginis, hic neuus eſt natura Veneris, & Mercurij, & cū corona lucidæ ſecundæ magn. ſtella iter facit.

FIGVRA LIII.

CVm in oculi dextri vacuo, ex interiori parte erga nasum alicuius, neuus fuerit constitutus, quemadmodum 53. constituit figura, in medio pectinis constituetur alius, qui admodum fœlicem prædicit fore hominem in suis actionibus, mulierem verò, inflatam, superbam, ac in maritum prædominantem. Neuus est natura Martis, & Mercurij; cum Scorpionis cauda tertiæ magn. stella concurrit.

FIGVRA LIV.

QVis cum fuerit in dextera nasi ex interna parte à neuo custoditus, vti 54. figura custoditur, ab alio in pudendis custodietur in dextera parte, & à nobilibus, & à mulieribus adamari facit hominem, licet non valida fiet corporis habitudine, mulierem quoque communiter ab omnibus diligendam tradit, sed imbecilla corporis constitutione, semperque pæne infirmam; hic neuus est natura Saturni, caudæ ceti tertiæ magn. stellæ libratur.



De neuis in ciliȷ̈ ſiniſtri concauo, ac eorum corriſpondentia. Cap. 11.

FIGVRA LV.

QVisquis ſi fuerit in ſiniſtri cilij vacuo irritatus neuo, vt 55. eſt irritata figura, in ſiniſtra pectinis irritabitur ab alio, qui hominem ad gallicum irritat morbum, & adulterũ fore, & mulierẽ odio habere maritum, ac modicæ eſſe honeſtatis; neuus hic eſt Veneris Martiſq; natura, cigni caudæ ſecundæ magn. ſtellæ æquiualet.

FIGVRA LVI.

QVicumque in oculi concauo, neuo incitatus, naſo inhæſo, ſicut 56. incitat figura, ab alio incitabitur in medio ſiniſtræ partis pectinis, qui damna,, curaſq; homini cauſa mulierum incitat, & mulieri iterum damna, ac honoris detrimentum; neuus hic eſt natura Saturni, & Veneris, & cuidam ſtellæ Caſſiopeæ pectoris tertiæ magn, obſignatur.



FIGVRA LVII.

SI cuiuſpiam ſiniſtri oculi conuexus magis paululum ſubter fuerit neuo fruſtratus, naſo coagulato, ſicuti 57. eſt fruſtrata figura, ab alio ex virgæ ſiniſtra fruſtrabitur, qui ſalacem, ac adulterum arguit hominem, huiuſq; cauſa rei damna perpeſſurum, & mulierem vlceribus ſollicitudinibuſq; inficiendam; hic neuus eſt natura Veneris, Andromedi vmbelico tertiæ magnitud. ſtellæ coagulatur.

De neuis in cilio dextero: & eorum corriſpondentia. cap. 12.

FIGVRA LVIII.

QVicumque inter dextri cilij principium, & medium fuerit neuo cõptus, velut 58. eſt compta figura, in dextera ventris altero cometur, qui bonũ homini degerit matrimonium, & vehemẽter fore amando, mulieri itidem fortunam cauſa matrimonij; neuus hic eſt natura Iouis, & Martis, cani maiori ſecundæ magn. ſtellæ colligatur.



FIGVRA LIX.

CViusuis cilij dextera cum fuerit fucata neuo inter medium, & finem principij nasi, veluti 59. est fucata figura ab alio magis prope vmbelicũ ex dextera parte fucabitur, qui fortunatum cum mulieribus denarrat hominem, & ab illis singulares fauores obtenturum, mulierẽ autem bonum fœlixq; coniugiũ. Hic neuus est Iouis natura, atq; Veneris, flumini primæ magn. stellæ deligitur.

De neuis sinistri cilij, & eorum corrispondentia. Cap. 13.

FIGVRA LX.

QVisquã cum fuerit inter cilij sinistri principium, & medium neuo deiectus, ceù 60. est deiecta figura, deijcietur ab alio in sinistra ventris, persecutiones, angustias, atque calamitates homini promouente, & mulieri notabilia damna libinis causa. Hic neuus est natura Saturni, & Veneris, dextero præsei lateri secundæ magn. stellæ sufficitur.



FIGVRA LXI.

SI inter medium, & finem sinistri cilij aliquis fuerit neuo detortus, quemadmodum 61. est detorta figura, in sinistro lumbo detorquebitur ab alio qui calamitatibus, fortunęq; iniquitatibus afficit hominem; similiter & mulierem, acerbitatibus, atque angustijs. Hic neuus Saturni Martisq; natura est, serpēti tertiæ magn. stellæ afficitur.

De neuis super dexteri oculi palpebris, eorumque corrispondentia. Cap. 14.

FIGVRA LXII.

SI neuus supra oculi dexteri palpebris alicuius ex externa parte, idest, erga tempus moram fecerit, vt in 62. demoratur figura inter inguinam, lumbumq; dexterum alter moram faciet, ac fœlicem in connubijs dictitat esse hominem, idipsum quoque de muliere, ac amplius longam vitam; neuus hic est natura Iouis, & Saturni, dexteræ cofei secundę magn. stellæ deuincitur.



FIGVRA LXIII.

IN cuius medio palpebrarum oculi dexteri neuus residentiam fecerit, vti in 63. residet figura, in pectinis dextera desuper residentiã faciet alter, & bonam homini fortunam decernit, sed in graue aliquod, ac notabile periculum incursuro, ex illo tamen incolumi euasuro; & mulieri bona sui causa matrimonij; hic neuus est natura Iouis, & Mercurij, capræ primæ magn. stellæ inscribitur.

FIGVRA LXIV.

QVis si in fine dexteræ palpebræ, prope partem nasi neuum detinuerit, sicut 64. detinet figura, alterum detinebit de sub dexterum lumbum, qui prosperam fœlicemq; homini propinat sortem, licèt vt plurimum siet ipse instabilis, nec semper in sublimibus manebit gradibus, & mulieri fortunæ bona, plurimamq; vitam. Hic neuus est natura Veneris, & Mercurij, fundo vasis quartæ magn. stellæ vniformatur.

Hi neui in oculis potissimè apparẽtes, nonnunquam malum minitantur, cum nigri appareant, è contra dem cum alio sint colore.

FIGVRA LXV.

De neuis super sinistri oculi palpebris eorumque corrispondentia. Cap.15.

CVm fuerit quisquam in sinistri oculi palpebris ex parte erga tempus neuo corruptus, sicuti 56.est figura corrupta, alio, inter inguinam lumbumq; sinistrum corrumpetur, qui, infortunia vtique, ac persecutiones cum vitæ periculis subministrat homini, mulieri verò solicitudines sui causa honestatis; neuus iste est Saturni Mercurijq; natura, sinistræ bootis tertiæ magn.stellæ additur.

FIGVRA LXVI.

IN cuiuslibet medio sinistræ palpebræ, si neuus fuerit plantatus, sicuti in 66. est figura plantatus, plantabitur & alius supra pectine ex parte sinistra,& in cũctis negocijs infaustum subsannat hominem, ac violentum læthum,vel repentinum, passurum; mulierem verò vexationes,ac proditiones, seueris cum vitæ discriminibus; hic neuus est natura Saturni, & Mercurij, meridionalis libræ lucidæ secundæ magn. stellæ inscriptus.

Cuiuis

FIGVRA LXVII.

CViuis, in principio ſiniſtræ palpebræ ex parte naſi, ſi neuus dirumpet, velut in 67. eſt diruptus figura, dirumpetur & alter deſub ſiniſtro lumbo, hominem indigitans mulierũ cauſa periclitaturum, atque iuſtitiæ, & mulieri ex adulterijs perpeſſiones; neuus hic eſt natura Saturni, Martiſq; poli ſtellę tertię magn. inticulatus.

De neuis in oculo dextero. Cap. 16.

FIGVRA LXVIII.

CVm vacuũ dexteri oculi alicuius ex parte temporis, fuerit neuo inflatus, veluti 68. eſt inflata figura, dexerum latus inflabitur ab alio, qui fœlicitatem in militia inſtituit homini, ſed anguſtias ęrumnaſq; deguſtabit, mulieri verò infortunia, ac traditiones, inſuper & furibundam deſtinat. Neuus hic eſt natura Martis, hęrculis capiti tertiæ magn. ſtellæ interne&itur.



FIGVRA LXIX.

SI cuiusquã desub oculi dexteri concauo, & propriè in medio neuus coaleuerit, vt in 69. coalescit figura, alius super virgã coalescet, qui hominẽ venereis actibus satis deditum obtendit, ac mulierum causa damna perpessurum, & breuem tradit mulieri vitam. Hic neuus est natura Saturni, ceti caudæ tertiæ magn. stellæ coadditur.

FIGVRA LXX.

CVm in oculi dexteri vacuo alicuius ex dextera nasi neuus coaluerit, vti in 70. coalet figura, in dextera inguina alter coalebit, ac valdè notabilibus hominem coarguit infortunijs, quare vitæ subibit periculum, mulieri autem necem penè repentinã prouocat. Hic neuus Saturni est Martisq; natura, cum Leonis ceruice coit.




De neuis sub oculi sinistri vacuo, & eorum corrispondentia. Cap. 17.

FIGVRA LXXI.

OCuli sinistri vacuum cuiuspiam si fuerit neuo cęlatum ex parte temporis, sicut 71. est cęlata figura, celabitur ab alio genitale ex parte sinistra, qui occisorem coercet hominem, & prægandes ob id degustaturum persecutiones; & mulierem infamia, ignominia, ac notabilibus damnis. H c neuus est natura Saturni, & Martis, draconis caput tertiæ magn. stellą accitus.

FIGVRA LXXII.

CVm quis in medio sinistri oculi vacuo fuerit neuo commaculatus, sicuti 72. est figura commaculata, ab altero in medio mēbri commaculabitur, qui filijs infœcundum exprobrat hominem, eique carceres, insectationes, breuemq; vitam subministrat; mulierem verò interemptricem, ac violento secessuram lætho. Hic neuus est natura Saturni, ceti nasus tertiæ magn. stella citatus.



Quis-

FIGVRA LXXIII.

QVisquis in sinistri oculi vacuo neuo infectus, ex nasi anguli parte, velut 73. est infecta figura, ex inguine sinistra inficietur ab altero, qui vexationibus, ac iustitiæ periculis excruciat hominem; & mulierẽ suam nauci facere honestatem, ac truculentam, & homicidã esse resignat. Hic neuus est natura Mercurij, & Saturni, cigni crus tertiæ magn. stellam sectatur.

De neuis intus in oculorum albugine, & eorum corrispondentia. Cap. 18.

FIGVRA LXXIV.

CVipiam si neuus insteterit in dexteri albugine oculi ex temporis parte veluti in 74. insistit figura, alius insistet in dextera mãmillæ, incogitatis mulierum causa bonis hominem stabiliens; & legatis mulierem causa patris, vel mariti. Hic neuus est Martis Iouisq; natura, scorpionis cordi secundæ magn. stellæ coaccedit.



FIGVRA LXXV.

SI ex parte nasi dexteri oculi albuginem, cuiuspiam neuus inumbrauerit, ceù 75. figuram inumbrat, alius dexteram inumbrabit mammillam, & periculosissimam afflictionē cum vitæ discrimine ante annos 30. prouocat homini, & mulierem in partu metipso denasci tempore; hisce neuus, Martis Mercurijq; est natura, orionis tergo sinistro secundæ magnitud. stellæ inæquatur.

De neuis in sinistro albugine oculi, & correspondentia eorum. Cap. 19.

FIGVRA LXXVI.

CVm in sinistri oculi albugine alicuius ex parte temporis neuus inserbuerit, quemadmodum 76. inferuet figura, alius in sinistra inferuebit mammilla, ex esterna parte, qui trucem, pessimumq; interfectorem concipit hominem, & mulierem deformitatem nō exiguo cum vitæ periculo exercere. Neuus hic est Martis natura, & cum vrsæ cauda secundæ magn. stella abit.



Cum

FIGVRA LXXVII.

CVm ex parte nasi, cuiuslibet sinistri oculi albugo fuerit neuo tenebrosa facta vti 77 figura tenebrescit, sinistra mammilla tenebrescet altero ex interna parte, qui hominem metipsorum cognatorum recenset homicidã, ac coniugis priuatim; & mulierem causa salacitatis perire. Hic neuus est Veneris Martisq; natura, cum caudæ cigni secundæ magn. stellæ quiescit.

De neuis ex dextera nasi, & eorum corrispondentia. Cap. 20.

FIGVRA LXXVIII.

CVm desuper nasi naribus cuiusuis ex dextera parte neuus inoleuerit, vt in 78. inolescit figura, inolescet, & alter, in humero dextero, qui per multum hominem salacitate peruertit, acclamatq; mulierem fœlicissimã; neuus hic Veneris, & Mercurij natura est, coronæ lucidæ secundæ magn. stellæ inseruit.



FIGVRA LXXIX.

SI quisquam inter nasi finem, atque faciei, ex parte dextera fuerit circumamictus neuo, ceù 79. est circumamicta figura, erit circa testes ex dextera parte circumamictus ab altero, qui fortunæ bona extra patriam hominem indipiscere decernit, mulieri item bona fortunæ. Hic neuus est natura Iouis, & Martis, ori canis maioris præficitur primæ magn. stellæ.

FIGVRA LXXX.

CVm ex cuiusquã dextera nasi neuus processerit, modo, quo sit inter ipsum nasũ, & faciem colligatus, quemadmodum ex 80. figura procedit, alius ex dextera testium procedet, qui hominem, & mulierem ad salacitatem propendit. Neuus hic est natura Saturni, & Veneris, palmæ sinistræ serpentarij quartæ magn. stellæ suffulcitur.



De neuis ex sinistra parte nasi, & corrispondentia eorum. Cap. 21.

FIGVRA LXXXI.

SInistra nasi alicuius si fuerit septa neuo, & propriè supra nares, vt est 81. septa figura, sinistra quoque pectoris sepietur ab alio, qui hominē damnis luxuriæ causa sepit, ac incęstibus cum proprijs propinquis; mulierem similiter libidine, & turpitudine, ambosq; repentina morte. Hic neuus est natura Veneris, & Martis, caudæ cigni secundæ magnitud. stellæ additur.

FIGVRA LXXXII.

QVilibet in sinistra nasi, hoc est, inter narium visusq; finem neuo compressus, vti 82. est compressa figura, circa testium sinistrā comprimetur ab alio, qui causa mulierum, incommodis curisq; compellat hominem, & gallico morbo vehementer subiectum; mulierem quoque simili morbo, malaq; fama. Hic neuus est natura Saturni, Veneris, & mercurij, dorso Leonis secundæ magn. stellæ compingitur.

FIGVRA LXXXIII.

CVicunque fuerit ſiniſtra naſi neuo corrupta, ſicut in 83. eſt corrupta figura, inter membrum, & teſtes ſiniſtra pars corrũpetur ab alio, qui libidinoſum paruiq; diſcurſus hominem deuelat, & mulierem adulterã, periculoſis cum minis. Hic neuus eſt natura Martis, eſtremitati caudæ viſæ ſecũdæ magn. ſtellæ comparatur.

De neuis deſub acumine naſi, & corriſpondentia eorum. Cap. 22.

FIGVRA LXXXIV.

QViuis neuo infeſtatus deſub acumine naſi, & propriè in medio, ſicut 84. eſt infeſtata figura, ſupra membrũ ab alio infeſtabitur, qui ad turpem, & infamem luxuriam clinat hominem, ac morbum præterea articularem, violentumq; occaſum cauſa mulierum, & demum vita breui; mulierem vero marito ſemper inimicam, & praua natura, propter quod homicidiorum fomentum erit. Hic neuus eſt Saturni Martiiq; natura, dextera cum ala corbi tertiæ magn. ſtella volat.

Ex

FIGVRA LXXXV.

EX dextera narium si quis neuo inferbuerit, modo tamen quo ipsius nasi foraminis sit particeps, sicuti 85. inferuet figura, altero inferuebit ex dextera virgæ, qui rixosum, ac martialem inuertit hominem, & circa dexterã sauciatum obire; mulieremq; honestatis causa damna passuram cum violentæ discrimine mortis. Neuus hic est Martis Mercurijq; natura, Herculi tertiæ magn. stellæ inseruit.

FIGVRA LXXXVI.

CVm aliquis ex sinistra nasi, inter narices, & concauũ fuerit neuo increpitatus, velut 86. est increpitata figura in genitalis sinistra increpabitur ab alio, qui contagioso morbo infectum increpitat hominem, breuiq; vita, & mulierem, vulneribus, gallico morbo, malaq; fama. Neuus hic Saturni est Martisq; natura, capiti draconis tertiæ magn. stellæ adhibetur.



De neuis in vacuo nasi, ex parte superiori, & eorum corrispondentia. Cap. 23.

FIGVRA LXXXVII.

IN vacuo nasi desuper, quispiam neuo insedatus, veluti 87. est insedata figura in virgæ medio erit altero insedatus, qui cum coniuge, odia, & inimicitias homini exhibet, & mulieri, idipsum cum viro, & vt plurimum diuortium inter eos. Hic neuus est natura Martis, & Lunæ, pleiadibus tertiæ magn. stellis exhibetur.

FIGVRA LXXXVIII.

QVilibet ex dextera nasi acuminis neuo illustratus, ceù est 88. illustrata figura, desuper teste dextero illustrabitur ab alio, qui mulierum causa hominem, & hominum mulierem illustrat fortuna; hic neuus est Iouis, & Martis natura, cani maioris primæ magn. stellæ admittitur.



Inqui-

FIGVRA LXXXIX.

INquinatus quis in sinistra nasi desuper acumine, quemadmodum 89. est inquinata figura ab alio in sinistro inquinabitur testiculo, qui gnatorum sterilitate, & mulierum causa vehementer subire discrimina inquinat hominem, mulierem autem periculis partus, ac damnis causa libidinis. Neuus hic est natura Saturni, & Veneris, medusæ capiti, secundæ magn. stellæ, remittitur.

De neuis ex dextera oris, eorumque corrispondentia. Cap. 24.

FIGVRA XC.

QVisquis in dextera oris neuo infucatus, vti 90. est infucata figura, ab alio simili infucabitur in dextera membri, qui donationibus nimirum, ac amicorum causa bonis, locupletat hominem, atque mulierem. Hic neuus Veneris, Mercurijq; natura est cũ fundo vasis, quartæ magn. stella militat.



De neuis ex parte ſiniſtra oris. Cap.25.

FIGVRA XCI.

SI neuus fuerit in alicuius ore ex parte ſiniſtra conſtitutus, vt in 91. conſtituitur figura, in ſiniſtro bracchio prope cubitũ, alius conſtituetur, qui ad morbum gallicum inflectit hominem, & alicuius ſui ipſius affinis necem parandam; ipſeq; poſſet violenter obire, & mulieri tùm in facie, tumuè in oculis diſcrimina indicit, vanam inſuper eſſe atque obſcenam. Hic neuus eſt natura Saturni, & Veneris, poli ſtellæ tertiæ magn. indicitur.

De neuis in medio labij ſuperioris. Cap.26.

FIGVRA XCII.

CVm neuus ſuperioris labij medium occupauerit alicui, vti 92. occupat figuram, membrum occupabit alter, qui corruptionis morbum vlceraq; per perſonam homini affert, & mulieri gallicum, & ſimilia. Hic neuus eſt natura Martis, medio caudæ vrſæ inditur.



De

De neuis inferioris labij. Cap. 27.

FIGVRA XCIII.

QVispiam si fuerit in medio inferioris labij neuo incestatus, sicut est incestata 93. figura, in genibus incestabitur ab alio, (tali pacto) quod si labij neuus erit magis ex parte dextera labij, respondens quoque erit in genu dextero, si magis ex parte sinistra, in genu sinistro, & si præcisè in medio, in dextero; qui longa homini exhibet itinera, & prædonum causa impendio periclitari, mulieri item laborem, atque miseriam; hic neuus est natura Martis, & Mercurij; sinistro orionis tergo secundæ magn. stellæ coagmentatur.

De neuis in medio menti. Cap. 28.

FIGVRA XCIV.

NOnnullus in medio menti si fuerit neuo violatus, & propriè in fossula, sicuti 94. est violata figura, supra pedes violabitur ab alio, hoc est, si magis ex dextera menti, in dextero pede, si magis ex sinistra, in sinistro, si verò in ipso medio, iterum in dextero, qui in ęgritudines, ac infortunia redigit hominẽ, sed si in sinistro foret, caueat ne cadat, & mẽbrum aliquod nè frangat, mulierem autem, in apoplexiam, atque lapsus. Hic neuus est Iouis Martisq; natura cum equo alato secundæ magn. stella conspirat.

D₂

De neuis subter mentum assignatis. Cap. 28.

FIGVRA XCV.

SI desub mento aliquis fuerit neuo instigatus, qui tamen super participet & subter, velut 95. instigatur figura, in cruris instigabitur ab alio, & quo suqra diximus modo, scilicet si magis ex dextera menti, in cruro dextero, si magis ex sinistra, in sinistro &c. qui martialem hominem innotescit, & ea in parte vulnerandum, vbi magis neuus declinauerit, mulieri verò solicitudines, ac insectationes suæ causa honestatis. Hic neuus est natura Martis, vrsæ minori dorso secundæ magn. stellæ coæquatur.

FIGVRA XCVI.

SI dextera menti cuiuspiam fuerit inaurata neuo ex parte superiore, & inferiore, vt est 96. inaurata figura, inaurabitur ab alio dextera coxa, qui bonam vtique fortunam, opes, plurimamq; vitam insinuat homini, itē & mulieri vitam diuturnam, sortemq; in coniugio. Hic neuus est natura, & Iouis, & Martis, cordi Leonis primę magn. stellę ingeritur.

De

De neuis in sinistra menti. Cap. 31.

FIGVRA XCVII.

CViusuis sinistra menti, cum fuerit offusca-ta neuo eidem innixo vti 97. est offuscata figura, coxa sinistra offuscabitur ab alio, infortunia homi..i, malorum vim, atque morbos interminante, & breuem mulieri vitam. Hic neuus est natura Saturni, & Veneris, sinistræ serpentarij palmæ, quartæ magn. stellæ innectitur.

De neuis in medio iuguli fonticuli. Cap. 32.

FIGVRA XCVIII.

QVis cum fuerit in medio iuguli fonticuli neuo infrænatus, sicut est 98. infrænata figura, in pectine infrænabitur ab æquali, qui torturam, & aliquando suspensionem intentat homini, & mulieri persecutiones, ac in partu ex matricali dolore, suffocationes; neuus hic est Saturni Venerisq; natura, medusæ capiti innititur.



De

De neuis in dextera iuguli. Cap.33.

FIGVRA XCIX.

QVisquis in dextera iuguli neuo irradiatus, sicuti 99. est irradiata figura ab altero ante dexteram coxam irradiabitur, qui præstanti ingenio hominem inuergit, ac fortunatum in acquirendis bonis, præterea hæreditatem spondet, atq; dominis ita pergratum, vt commodum, & gratiam ex eis obtineat. Mulieri fortunæ bona, hæreditatẽ, ac ingenij perspicacitatẽ innuit. Licet neuus hic vtriq; breuem instituat vitam, qui Saturni natura est, ceti naso tertiæ magn. stellæ iugatur.

De neuis in sinistra iuguli. Cap.34.

FIGVRA C.

QVicunq; fuerit in siuistra gulæ neuo infirmatus, velut 100. est figura infirmata, ante coxam dexteram infirmabitur ab alio, qui infortunijs, ac curis, magno cum ab equis labendi dicscrimine, vel tamen altis præruptisq; locis, ingrauat hominem, mulieri quoque casus insimulat, ac periculum in partu; & hi neui gulæ, & coxæ, cum sibi ipsis respondeãt, gallicum morbum, vel insanabiles affectiones protendunt, & sunt Saturni Martisq; natura, ac serpenti tertię magn. stellæ instituuntur.

FINIS.